

## DECISIO X.

49

anno ff. de verbor.

Tribus modis potest dispositio concipi,  
vel in eum, qui talem etatem excedit,  
vel complevit, vel ad eam pervenit.  
num. 6.

Lex Regia agit de filia, quæ 25. annum  
non complevit. num. 7.

An alimenta debeantur filiæ, cui dene-  
gatur legitima? num. 8.

Filiæ ex hereditatæ non debentur ali-  
menta.

Alimenta ad vitam necessaria filiæ de-  
negari nequeunt. num. 9.

## DECISIO X.

An filia nubens ante 25. annum sine consensu parentis, etiam si digno viro nubat, sic  
privanda legitimâ successione? Ad Ordin. lib. 4. tit. 88.



Um Emmanuel d'Almeida duxisset uxorem D. Ludovicam de Vilhena (filiam Petri Correa) sub anno 25. ætatis suæ parētem uxoris conveniebat, ut illi dotem assignaret, ipse filiam dotare recusabat, eoquod nuptias delegerit, eo in cōsulto ante completum vigesimum quintum annum ætatis suæ, contra dispositionem Ordin. lib. 4. tit. 88. in princ. Sententiam protulit Præses Curialis contra Actorē, quæ delata fuit ad Senatum, & re dis- cussa, ponderabatur in favorem actoris, quod leges Regiæ, quibus libertas nup- tiarum filijs cohibetur, magis ad terrorem videntur conditæ, quam ut ad unguem eorum rigor observetur, ex Dec. in l. nuptias ff. de reg. jur. num. 20. & in Auth. sed si post C. de inoffic. testam. n. 5. & 6. Guillelm. in cap. Raynutius, verbo dotem num. 31. Covar. qui dicit cō- munem de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 8. n. 6. Palat. in repet. cap. per vestras notab. 3. §. 9. Matienço in l. 2. gloss. 4. lib. 5. tit. 1. num. 2.

1 Unde verba Ordinationis non sim- pliciter debent accipi, sed illo solū casu, quando nubit indigno filia, ut conve-

niat cum Auth. sed si post, à qua de- sumpta fuit, ubi filia, quæ in corpus pec- cat, vel indigno, prout si serv o, nubit, pu- nitur: secus verò quando nubit digno, idem deducitur ex Auth. ut cùm de ap- pell. cognoscit. §. causas, vers. si alicui, re- solvit Barbos. 4. part. l. 1. n. 33. 34. & 38. Atque his, & alijs medijs legē nostram oppugnant plures DD. in cap. cū Eccle- sia de constitut. ubi Felin. n. 59. & 63. Decius n. 36. Sylvan. conf. 2. n. 71. Greg. in l. 5. tit. 7. part. 6. verbo no querria, & l. 10. tit. 1. part. 4. verbo puede, Peres lib. 5. tit. 1. l. 1. & tit. 6. l. 1. Ordin. Gutierrez. pract. lib. 2. quæst. 1. Azor. moral. 2. part. lib. 2. cap. 2. fol. 127. Sanches de matrim. lib. 3. cap. 47. num. 11. & lib. 4. disput. 25. Barbos. 4. part. l. 1. num. 43. & 48. Ægi- dius in l. Titiæ 3. part. num. 2. cum plu- ribus ex antiquis ab ijsdem citatis.

2 Quorū tamē fundamēta diluuntur, si cōsideremus hāc prohibitionem, ne fi- liæ sine parentū cōsensu nubant, nō so- lū de Jure Civili, verū etiam de Jure Ca- nonico inesse, in cuius favorē lex Regia in præsenti insurgit. Primum pater ex l. 2. ff. de ritu nuptiar. & princ. Instit. eod. Ubi parentū consensus in filiorū matri- monijs requiritur: ex ea ratione, quia

E

juri

## DECISIO X.

50

juri naturæ, quo parentes in liberos funguntur, sub quorum potestate sunt, convenit, ne citra patris consilium aliquid de re tam gravi, ut est matrimonij vinculum, à quo totum vitæ pendet institutum, deliberet, & ipsa perpetuitatis ratio, & amoris nodus, quo debent conjuges vinciri, maturissimum in conciliandis nuptijs consilium desiderat, ne forte leviter facti olim doleat graviter: prosequitur Guibertus lib. 1. quæst. cap. 12. Hieronymus de Monte in Miscelan. jur. quæst. 6. Ottoman. illust. quæst. 9. Soares ad leges fori num. 21. Menchac. de succession. creat. §. 10. num. 63. Gail observ. 94. num. 19. Paleotus de norhis cap. 8. ne contingat, ut nascantur avo invito sui hæredes: quæ fuit ratio Bart. in l. in bello §. medio ff. de captivis, quam adducit Costa in §. si arbitratu ampliat. 9. num. 4.

3 De Jure vero Canonicō pater, quia cap. sufficiat 27. quæst. 2, ex quo deducunt solum in matrimonio contrahentium desiderari consensum: debet exponi de consensu legitimo, quælis est omnis, & solus ille, qui parentum voto confirmatur, cap. aliter 30. quæst. 3. cap. non omnis §. fin. 32. quæst. 2. peccat enim filia contrahendo sine patris consensu, ex Barbos. d. 4. part. l. 1. num. 36. in fin. Azor. d. lib. 2. cap. 2. lit. E. prosequitur Paleotus d. cap. 8. Chassan. in catalog. part. 12. confid. 36. Corras. lib. 1. miscel. cap. 17. num. 9.

4 Unde cùm lex Regia prohibeat actū, aliás de Jure Canonicō prohibitū, & pœnam addat, validē quidē disponit, ne parentibus injuria irrogetur, quorū filia jus lædit spreto eorum voto cōtrahens, ex Paludan. in 4. dist. 28. quæst. 2. num. 16. Alciat. de patria potest. effectu 6. fol. 109. Sicq; non conjugiū, sed conjugij modus punitur, explicat Cujat. lib. 3. observat. cap. 5. & docuit gloss. in cap. de raptoribus verbo excusata 36. quæst. 1. gloss. 1. in cap. fin. 32. quæst. 2. Alciat. in l. 2. §. quod si in patris num. 28. ff. solut. matrim. Duaren. de nuptijs cap. 2. ad fin. Matienç. in l. 2. tit. 5. lib. 5. Ordin.

gloss. 4. num. 1. Sarmiento lib. 1. select. cap. 11. num. 8. Sanch. d. cap. 25. num. 1. Nec libertas matrimonij tollitur indirecte contra sacri Concilij dispositionē sess. 24. de refor. cap. 9. quia lex non absolutè impedit nuptias, sed præcipit, ne fiant cū parentū injuria, & contēptu, cū qua filiæ in ea ætate contrahunt, Gamma decis. 334. Barbos. ubi supra num. 37. Unde nihil injustum præcipit, dum puni injustè factū, non libertatē contrahendi adimit, sed injustam libertatem (quæ magis licentia dici potest) ad regulam, & modum legitimū reducit Menoch. late conf. 69. faciūt quæ Guillerm. lib. 2. pract. cap. 1. n. 16. & 17. licet Azeved. in l. 1. de los casamiētos, putet illam legem per decretū Concilij abrogatam.

5 Hæc pro lege Regia ponderabamus, & statim occurrit, an ex tali matrimonio esset Actrix punienda amissione dotis? Et ultra ea, quæ in principio ponderabam in ipsius favorem, adhuc conducere videtur, quod petitrix non possit pœna legis affici attentis verbis Ordinationis, ibi: *Antes de vinte, & cinco annos*: per quod verbū ante disponit l. qui filiū 74. §. 1. ff. ad Trebell. ibi: *Quod si ante annum vigesimum decessisset: & tandem attigisse vigesimum sufficit, ut patet in fine*, ibi: *Contra petitricem pronuntiavit*: facit l. ad Rem p. ff. de muner. l. si ita fuerit 41. ff. de manumiss. testam. l. quod quis 50. ff. de action. l. C. quando dies leg. l. anniculus 1. & 2. ff. de verbis signif. l. pen. ff. de divers. & temporal.

Nec satisfacit Bart. doctrina, in l. qui hoc anno ff. de verbis obligation. quod dispositio concepta verbo accusativi, vel genitivi temporis perfectionē, & completi tempus desiderat, ut dicit esse communē Imol. in l. si cui legetur. ff. de legat. 1. post num. 2. Dyn. Cyn. Riminald. in l. si in annos ff. de cond. & demonstrat. Contrarium resolventes, si verba concipientur in ablativo, quia tunc tempus initiatum significatur, quæ quidem traditio non est secura, ex his quæ Cuman. in d. l. si cui legetur gloss. recepta in l. 3. §. minore ff. de minorib.

## DECISIO X.

51.

**6** Quare noto, quod tribus modis potest dispositio concipi: vel quando verba diriguntur in eum, qui talem ætatem excedit, vel complevit, vel ad eam pervenit. Primo modo excedere quis non dicitur, nisi quod totus annus elapsus sit l. 3. ff. de jur. immunit. l. 1. ff. de manumiss. Completum vero tempus dicitur, quando annus civiliter completur attingendo ultimam diem illius anni, quia licet naturalis annus compleatur de momento ad momentum, quando sol ad eum Zodiaci locum, a quo egredens est, redit, l. 4. §. Stichus ff. de statu liber. d. l. anniculus in 2. fine: tamē annus civilis non ultima momenta includit, sed sufficit ultimam diem attigisse d. l. anniculus 2. in fin. ibi: *Annum civiliter non ad momenta temporis, id est horas, sed ad dies numeramus: l. qua ætate ff. de testam.*

In ultimo tandem casu, quando per verbum pervenit concipitur dispositio, sufficit attigisse annum, ut pro cōpleto habeatur, DD. in Clem. fin. de ætat. & qualit. d. l. qui filium §. 1. ff. ad Trebell. facit Concil. Trid. sess. 23. cap. 12.

**7** Atque ex his sine dubio est, quod Ordinatio Regia in d. tit. 88. agit de filia, quæ vigesimum quintum annum complevit, quia lex ætatem certam designans, & ante illam prohibens contrahere, aut obligari, ex mente statuensis exigit totum tempus completum, prout in lege Æliessentia, cuius meminit d. l. qui filium in fine, quæ dum prohibet minori 20. annis, ne manumittat, non sufficit d. 20. annum attigisse, l. 1. ff. de manumiss. §. eadem Instit. qui manumitt. non poss. facit l. fin. C. si maior fac. lib. 5. ibi: Post minorem ætatem completam: Aldobrand. in princip. Instit. quibus mod. tutel. finit. quæ sententia inevitabilis est in praesenti, consideratis verbis d. Auth. sed si post C. de inoffic. testam. ex qua prodijt hæc Ordinatio, cui similis est d. l. 5. tit. 7. part. 6. & l. 10. tit. 1. part. 4. ubi gloss. verbo puerula, & ultra Barbosam ubi supra interpretatur Benedictus Ægid. hujus supremæ Curiæ Advocatus Juriscons,

sultissimus, in d. l. Titix 3. part. num. 32. & corroboratur ex Ordinat. lib. 5. tit. 22. quæ punit masculum corruptum fœminam ante illam ætatem completam, cum utraque lege idem puniatur excessus, ibi: *Defendemos, que nenhum homem case com alguma molher virgem, ou viuva honesta, que não passar de vinte, & cinco annos, &c.* debetque una lex per aliam exponi, ut scilicet utroque casu tempus completum requiratur, ut pœna legis evitari possit.

Quibus omnibus perpensis D. Vincentius Nogueira vir doctissimus in ea fuit sententia, ut Reum absolveret a præstatione dotis, quia constabat petricem tempore nuptiarum adhuc vigesimum quintum annum ætatis non implevisse ex certitudine libri baptismalis penes plebanum reperti, ex Mascard. conclus. 673. num. 1. & 18. Tapia in l. de ætate num. 33. ff. de minor. Mau- ric. de restit. cap. 321. D. Cald. in l. si cu- ratorum, verbo minoribus num. 36. Sic que Præsidis sententiam Ludovici d. Araujo de Barros confirmavimus, Scri- ba Azevedo.

**8** Postea libuit hic addere, quod cum inter easdem partes lis mota fuisset super alimentis, & ab eodem meritissimo Præside reus absolutus fuisset ab obligatione alendi filiā, quia licet viro dignissimo tamen intra vigesimū quinatum annum nupsit: res delata fuit ad Senatum, & non sine controversia quidem est quæstio, cum videam receptum esse, quod filiæ ex hereditate non debeantur alimēta, ex gloss. verbo detulerat, in l. si quis à liberis §. Si vel parens, vers. si quis ex his, ff. de liber. agnoscend. gloss. communiter recepta in cap. cum haberet verbo secundū facultates de eo qui duxit Decius in l. nuptias num. 14. ff. de reg. jur. Barbos. d. 4. part. l. 1. num. 41. Sanches de Matrimon. lib. 4. cap. 46. num. 20. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 1. ubi citat. l. 6. tit. 19. part. 4. Lara in l. si quis à liberis §. idem judex ff. lib. agn. num. 4. & 8. Cujus opinionis non levia sunt funda-

E 2

menta:

menta: primum quod ex quibus causis licet filiam exhæredare, licet dote, & alimentis privare, indubitatum dicit Surdus de alim. tit. 7. quæst. 4. per tot. Barbos. ubi supra: adeò ut Ruyn. placuerit, cons. 131. num. 6. vol. 4. ut facilius denegentur alimenta, quam ex hæredetur filius; non enim æquum est, ut jus naturale faveat filio, qui contra jus naturæ patri ingratus extitit, arg. l. 2. C. de ingratis liber. Cui resolutioni non obstat reg. cap. cùm haberet de eo qui duxit in matrem. dum ibi etiam spurio alimenta ministrantur: quia respondetur, quod spurius non deliquit, sed parentes, & ideo justissimè filio alimenta exhibentur, quia soli parentes deliquerunt, l. fin. C. de natural. liber. Nec pariter obstat text. in l. necare ff. de liber agnoscend. quia ille textus agit de infante, in quo delictum non cadit: quod secus est in filia dolii capace, quæ delinquere potuit, & sicut delinquēs, potuisset ipsa vita privari, & suspendi, sic pariter potuit alimentis: nec tandem obstat l. 6. tit. 9. part. 4. quæ patrī ingratuō jubet, ut alimenta exhibeantur ab hærede filij, quia illud è converso recipiendum non est in patre respectu filij, Lara in l. si quis à liberis §. idem num. 4. Molin. d. cap. 16. num. 3. cū diversa sit ratio parentis, & filiorum circa ingratitudinem, quæ de se quale delictum sit, prosequitur Covar. in cap. cū in officijs de testam. num. 9. vers. quin. & ingratitudinē: & alimenta parentibus debita maiori privilegio frui Guttierr. de juram. confirm. 3. part. cap. 3. num. 4. Castillo in l. 10. Taur. verbo in caso Surdus de alim. tit. 1. quæst. 94. num. 6. Rodrig. in Sūma 1. tom. cap. 14. conclus. 9. num. 9. Rojas de success. c. 35. n. 23. Zevallos. q. 780. n. 178.

9 Verum his non obstantibus semper mihi magis consonum juris principijs visum fuit, quod filiae in nostro casu alimenta ad vitam necessaria deneganda non sint, dum adverto, quod fallax est argumentum de ex-hæredatione ad alimenta, cùm exhæredatio excludat legitimam, quæ legi hu-

manæ subest, & ab ea tolli potest, ex magna causa, ut per Menchac. de succession. creat. §. 20. lib. 2. num. 296. Molin. de primogen. cap. 1. num. 14. & d. cap. 16. num. 3. Alimenta verò etiam, quæ ad congruam sustentationem debentur, non tolluntur ex quacunque causa, nisi illa talis sit, quæ evincat eadē alimenta à bono conservandi prolem deviare; tunc nanque, & non aliter à jure naturali deficiunt, ut lege humana tolli possint, ex reg. §. sed naturalia In. stit. de jure naturali. Et in hunc sensum debent accipi, qui dicunt statuto alimenta tolli non posse: de quo Zevallos quæst. 111. per tot. Unde fit, quod filius ingratus, vel qui patri injuriam irrogavit, licet privari possit alimentis, quæ congruam respiciant sustentationem, non tamen illis, quæ ad præcisam necessitatem spectant, quia hæc tolli nequeunt, nisi quando alijs necari potuisset.

10 Deinde legitimæ privatio fit ad vindictam: ut in Auth. ut cùm de appell. cognoscitur §. si verò privatio verò alimentorum filijs ingratis, vel delinquentibus injungitur, non ad vindictam, sed ad correctionem, quo usque veniam à patre exposcant, & ubi primum pœnitent, jus petendi alimenta recuperant, Surd. d. tit. 7. quæst. 1. num. 37. licet repugnet Barbos. num. 45. quia alimentis præcisè necessarijs nunquā privari omnino possunt: & hanc ut yerio rem prosequitur Covar. d. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 17. Ubi subjungit, quod tunc etiam alimentis præcisè necessarijs filius privari potest, quando talis subsit causa, ex qua necari potuisset: atque ideo cùm delictum nubendi non sit natura sua adeò grave, cùm multi asserant posse filiam sine metu pœnae nubere: quæ fuit opinio Canonistarum, de qua Barbos. d. 4. part. num. 38. Sanches ubi supra disput. 26. num. 16. lib. 4.

Ideò non est cur pœnam privationis alimentorum incurvant, cùm illa privatio æqualis sit morti, ex reg. d. I. necare: hancque æquiorum opinionem

dixit

dixit Molin. d. cap. 16. num. 14. ea distinctione ut in filiae prætentur alimenta quando aliæ viro digno nupsit : quod ampliat Sanches d. disput. 26. num. 9. etiam si indigno nubat, si aliter non habet unde vivat ex Ripa, & alijs, quos citat Gutierr. d. quæst. 1. num. 5. Verucius in specul. art. 20. Ludovic. Lopes i. part. cap. 294. §. sequitur. Fr. Emma. nuel Roiz. i. toni. Summæ cap. 14. n. 4.

10 Quam opinionem libenter amplectendam fore suadent verba Ordinationis, quæ ad solam legitimam diriguntur ; non vero ad alimenta, in quibus versatur longe dispar ratio : quod comprobatur, quia alimenta vel debentur formaliter, vel materialiter, & secundum quid. Primo modo debentur, quando talia sunt, quæ spectant ad præciam conservationem prolis susceptæ. Secundo modo ut decenter proles conservetur secundum dignitatem, & statū subjecti, sic inter debitum formale, & materiale distinguit Caietan. 2. 2. quæst. 59. artic. 4. Ex quo elegans resultat differentia, quod debitum formale alimentorum habet intrinsecam connexionem cum bono naturæ universalis ; ita ut per nullam potentiam sit dispensabile, nec à jure Civili, vel à lege tolli, vel mutari possit. Posterius autem secus: Ratio est, quia cū cōservatio speciei sit de ratione naturæ universalis, quæ consistit in generatione, & sustentatione prolis susceptæ : inde fit, quod debitum formale alimentorum, quia in se includit prolis conservationem, adhæret bono naturæ universalis, in quo continetur illud primum principium indispensabile : debitum autem materiale alimentorum tantum continet medium aptum ad

conservationem prolis, dum congrua ministrantur alimenta : quæ sustentatio non consideratur, tanquam per se bona, sed in ordinem ad conservationem prolis necessariam ; nec eam habet connexionem ad bonum naturæ universalis, quin ab ejus rectitudine in multis deficere possit.

Unde fit, quod lege Civili nullo modo tolli possunt prioris ordinis alimenta, etiamsi expressè illud cautum esset : atque ideo non potest lex, quæ de legitima loquitur, extendi ad alimenta necessaria ; nam licet quando duo casus æquiparati sunt in jure, lex in uno disponens, censeatur etiam disposuisse in omisso, ex gloss. communiter recepta in l. si quis servo C. de furt.

11 Tamen illud intelligi debet, quando non datur dispar ratio, prout in præsenti ; licet enim eadem sit ratio legitimæ, & alimentorum, quæ secundum conditionem personæ debentur, & dotis, quæ succedit loco legitimæ : ut ar- guit Barbos. ubi supra à num. 42. Ta- men diversa est ratio in alimentis ne- cessarijs præcisè : Unde cavendum vi- detur à sapientissimo Barbosa circa in- terpretationem hujus Ordinationis. Si- cut, & pariter resolvit Sanches dispu- tat. 26. num. 16. dum docet, quod nubēs digno poenam legis evitat, quia neutrū convenit legi Regiæ, quæ solum in §. 3. nubentem magis digno levat ab exhortatione, & parte poenæ.

Ex quibus fundamentis D. Pedralva rez Sanches eruditissimus, qui primo lo- co dixit sententiam, duxit revocandam, cui ego accessi, cuius processus fuit Scri- ba Azevedo.

## SUMMĀRIA.



*Ilius non potest patrem sua le- gitimā privare, nisi de ipsius consensu. num. 1.*

*Quod facilius procedit in testamento*

*Clerici. num. 2.*

*Maritus si de consensu uxoris disponit, irrevocabile fit testamentum. num. 3.*

*Explicata. si sine C. ad Velean. n. 4.*

## DECISIO XI.

*An valeat testamentum, in quo matri filius legitimam non relinquit de ejus consensu? Ad Ordin. lib. 4. tit. 82. §. 4.*



Um Joānes Clericus matrem haberet, testamentumque condidisset, & dubitaret: An oporteret matri relinquere legitimam? Mater ei indulxit, ut ad libitum disponeret, clausit testamentum, & matri solum reliquit in vita sua usumfructum suorum bonorum: & disposuit, quod post ejus obitum quedam domus, quae in hereditate erat, traderetur Priori, vel Rectori de Tavira, qui ex pretio duas partes Sodalitio Sanctæ Misericordiæ traderet, residuumque in sacrificijs expenderet: defuncto filio mater ampliæ usumfructum, sibi relictum per plures annos, tandem domum alienavit eo fundamento, quod testamentum filij esset nullum visa forma, Ordin. lib. 4. tit. 82. §. 4.

1 Cùmque dictus Rector posses forem domus convenisset, ut eam dimitteret, sententiam judex protulit, in rei absolutionem, quam revocavimus; quia etiamsi filius patrem sua legitima privare non possit, cap. si pater de testam. lib. 6. Dubium tamen est: An pater possit seipsum dicta legitimâ privare? Et est receptum posse in ipso actu testandi, ex gloss. recepta in l. si quando §. & generaliter, verbo judicium C. in offic. testam. Suares in l. quoniam ampliat. 10. ex num. 39. illo tit. Gomes 1. tom. cap. 11. num. 14. & in l. 22. Tauri num. 5. Alciat paradoxor. cap. 5. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 1. & 7.

2 Quod indubitate redditur, quia testamentum clerici non subjicitur querelæ, aut nullitati, de quo eleganter Covar. in cap. quia nos de testam. & in cap. 1. illo tit. insuper facit text. in cap. licet de sepultur. lib. 6. qui ad pia permittit testari etiam filio in potesta-

te de cōsensu patris, Tiraq. privil. 78. Pater ergo, & de matris consensu, quæ se ex hæredem facit, arg. l. non putavit §. si quis sua manu. ff. de bonor. poss. contra tab. prosequitur Valasc. de partition. cap. 16. num. 37.

3 Juvat maxime, quia filius de consensu matris disposuit, & in ipsius matris favorem, quæ acceptavit, dum vivit, & videtur revocare non posse, ad instar testamenti conjugum communis quādo alter de alterius consensu disponit, superstes non revocat, ex reg. l. si cuti §. venditionis ff. quibus modis pignus, ibi: *Ut si legare permisit, valeatque, quod concessit:* & receptum dicit Bald. in §. præterea, & ibi gloss. verbo regressum, quibus mod. feud. amittat. idē Bald. in l. venditioni C. de usucaption. pro emptor. & in l. quoties vers. quæro. Cod. de fideicommiss. & in l. si tibi §. de pignore, vers. quid si testator ff. de patris, plures citat Tiraq. in l. si unquam C. de revocand. donation. verbo donatione, num. 348. In terminis Soares in l. quoniam limit. 5. num. 13. Covar. de testam. 2. part. rubr. n. 8. Boer. decisi. 244. num. 5. Phanucius gloss. 19. num. 5. & 6. Bertrandus cons. 329. vol. 1. num. 4. & lib. 2. cons. 103. num. 50. Guilel. verbo conditit. 1. num. 2. Rolandus cons. 10. num. 41. vol. 3. Cephalus cons. 12. num. 34. lib. 1. Pechius de testam. conjug. lib. 1. cap. 17. Menchac. de succession. resolut. §. 1. num. 11. Molin. lib. 2. cap. 2. num. 84. & cap. 3. num. 24. Gomes l. 22. Tauri num. 5. Pelaes lib. 1. quæst. 23. num. 4. Padilla in l. Clari num. 19. C. de fideic. Paris. cons. 2. num. 20. & 21. lib. 3. & plus ra citans Riminald. Junior. cons. 343. num. 8. & 9. vol. 3. Quorum auctoritate comprobatur, quod superstes conjux non potest pro parte sua consensum, &

licentiam præstitam, mortuo disponente, amplius revocare, & esse communē, & eam sequiuntur est in privatis scholijs Barbosa in l. filius qui patri ff. de vulgari, & videndus Tiraq. in connubial. gloss. 15. verbo contracter num. 145. pro qua sententia facit text. in l. neque fratrī C. de donation. caus. mort. ibi: *Nec fratri sui, mortis causa recte factam donationē sorori rescindere licet: ubi gloss. verbo sorori subdit, pro sua, & pro aliena morte posse donari, & allegat l. qui pretio ad fin. & l. mortis causa filij, & l. mortis causa capimus ff. de donat. caus. mort. & subjicit ulterius: Et hæc confirmatur morte ejus, cuius causa donatur: & subjungit: Sed filius patre permittente dones: quod potest ut in l. filius fam. in fine ff. de donation. l. tam is §. filius eod.*

an utriusque mors exigatur, & concludit: *Sed magis puto solius filij morsē confirmari.*

4 Ponderat Pelaes text. in l. si sine C. ad Velean. ibi: *Quod si patientiam præstasti, ut quasi suas res maritus obligaret, tibi non succurratur Senatus consilio: allegat etiam l. 9. tit. 13. part. 5. Ubi scribitur, quod si maritus de consensu uxoris constituit maioratum de re uxor illa consentiente, quo maritus disponat, mortua uxore, manet irrevocabilis, de quo videtur text. allegans in l. non videtur 11. ff. quæ in fraud. patroni ibi: si quod volente patrono libertus donavit, non poterit Fabiana revocare. Atque ex his revocavimus sententiam, condemnato reo, Scriba Goueca.*

## SUMM A R I A.



*Rdinatio Regia admittit peditum filios una cum legitimis. num. 1.*

*Filiū naturales cum legitimis quibus rationibus admitti possint?* ibi.

*Olim Iure Civili naturales exclusus Prætor admittebat.* ibi.

*Lex Regia quatuor naturalium species notat.* num. 2.

*Naturalis dicitur natus ex soluta, licet non sit domi retenta.* num. 3.

*Naturalis dicitur ille, cuius parentes matrimonium contrahere poterant.* ibi.

*Naturalis an sit filius ex virgine suscep-tus?* num. 4.

*Hæc quæstio quoad nos est otiosa, cùm lege Regia non puniatur hoc crimen, nisi quando stuprator non habet, unde solvat.* num. 5.

*Stuprum inducit coitum punibilem.* n. 6.

*Ne filius matri succedat, requiritur coi-*

*tus ex utraq; parte punibilis.* n. 7.

*De lege Regia hic coitus ex parte matris non est punibilis.* num. 9.

*Ordinatio Regia an intelligatur de vidua?* num. 9.

*Soluta dicitur, quæ soluta est lege viri.* ibi.

*Quando lex facit mentionem de aliqua qualitate ratione frequentioris usus, similes casus non excludit.* ibi.

*Naturalis est filius ex concubina.* n. 10.

*Pluralitas concubinarum eodem tempore facit filium esse spurium.* ibi.

*Secundum jus Canonicum magis repro-batur concubinatus intra domum, quā extra.* ibi.

*Naturalem filium ex ancilla sua quis suscipere potest, licet secus mulier ex suo servo.* num. 11.

*Naturalis conceptus in servitute facit deficere conditionem.* ibi.

*Filius ex ancilla est naturalis, & mor-tuo patre, à lege consequitur liberta-*

## DECISIO XII.

tem ibi.  
Filius susceptus ex aliena ancilla naturalis est. num. 12.  
Quid si fuerit ancilla observata.

*In servitute conceptus non succedit, nisi fiat liber. num. 13.*  
*Intellectus l. patronæ ff. de oper. libert. num. I.*

## DECISIO XII.

*An filia suscepta ex propria ancilla mortuo patre libera remaneat, ita ut si filia pendit, patri haeres existat? Ad Ordin. lib. 4. tit. 92. in princ.*



Onstante inter virum, & uxorem matrimonio, ex utriusque consensu, manumissa est, quæ in libertate magnam divitiarum copiam comparavit, & haeredi extranco omnia bona sua reliquit, mortua uxore maritus ex altera ancilla propria filiam in viduitate habuit, & tandem occubuit: filia ex ancilla suscepta se liberam esse profitebatur, & patris sui haeredem, qui pedes erat juxta Ordin. lib. 4. tit. 92. in princ. Et tandem quod tanquam patrona ad legitimam ancillæ manumissæ portionem admitti deberet. Hæc controvecebantur in processu Annæ Mendes, contra Nonium Gonçalves Insulæ de Cabo Verde, Scriba Carvalho: hypothesim notavi, quia quotidie in Senatu ambientur de his naturalibus peditum filijs, quos nostra lex Regia supra citata ad parentum haereditatem ad instar legitimum vocat.

Admittit Regia Ordinatio naturales peditum filios unà cum legitimis ad haereditatem patris: & an hoc possit statuto caveri? Disputat Bald. in cap. 1. §. hic autem, ubi gloss. verbo legibus, qui feud. dare poss. Guilelm. in cap. Raynati, verbo, & uxorem, num. 678. & esse contra jus: dicit communē Dec. in cap. in præsentia num. 43. de probatio. Jaf. in l. ait Prætor. §. 1. de jure jur. dubitat Peres in l. 22. tit. 3. lib. 1. Valasc. cons. 151. in fine: disputat idem Valasc. cons. 94. num. 9. Vaz alleg. 6. num. 18. Gama decis. 3. num. 5. & decis. 319.

num. 1. & 2. agit Costa de intellectu in cap. si pater, verbo si absque liberis n. 37. D. Caldas Pereira de nomin. quæst. 21. num. 10. & quæst. 19. num. 34. & quæst. 16. num. 11. Cabed. decis. 100. & decis. 231. Licet in Gallia hoc non servari, quia contra legem divinam est, bastardos cum legitimis admittere, dixit Rebuff. 1. tom. fol. 32. à num. 68. Guilelm. in d. cap. Raynati, à num. 109. fol. 116. licet eos admitti posse, nisi sint ex damnato coitu defendit Sayson in consuet. Turon. tit. des success. des bastardes, in princ. fol. 140. lit. B. ad fin. l. 32. tit. 9. part. 6. Peres ubi supra. Et pro Rebuff. facit illud Genes. cap. 21. Ubi scribitur, non oportere haeredem esse ancillæ filium cum legitimo: habetur ad Gallatas 4. & Judic. cap. II. In domo patris nostri esse non poteris, quia de meretrice natus es: Et ita lege Dei catum dicit August. in cap. 1. 35. quæst. 7. cap. cùm multæ 15. quæst. 1. Consonat Juris Civilis ratio, ut scilicet parentes ab hujusmodi filiorum procreatione arceantur, videntes se voto naturali fraudari, quo quisque posteros post se desiderat, l. scripto ff. unde liber. junct. l. fin. C. de natural. liber. & statutum in contrarium videtur nullum, tanquam favens libidini: sicut aliæ in cap. ex parte de consuetud. similis consuetudo uxoribus ansam adulterandi præstans abrogatur: & ideo pro hac parte insurgit Baibatia cons. 34. lib. Anch. in cap. 1. de constit. Bald. in l. 1. num. 29. de Summa Trinit. & in l. eam quam num. 33. C. de fideicommiss. Præpositus in cap.

cap. per venerabilem, qui filij sint legit. num. 97. & 99. Nicolaus de Ubaldis de succession. abintest. num. 39. cum alijs Decius cons. 271. num. 12. & num. 43. Alex. cons. 131. vol. 3. Baptista in l. omnes populi ff. de justit. & jur. col. 1. Carolus Ruynus §. & quid si tantum. Ripa in l. si unquam C. de revocand. donat. num. 76. & 78. Paleotus tamen cap. 54 num. 3. post Aretin. in l. 3. ff. de testam. post Cardin. in cap. constitutiones decis. 10. arbitrantur, quoscunque spurios sint cum legitimis succedere posse, statuto stabiliri; nam quemadmodum legitima, jure naturali, & divino debita minui statuto potest, Bart. Paulus, & Imol. l. Titio §. fin. ff. condit. & demonstrat. Alex. l. quod de bonis §. fin. ff. ad l. Falcid. Dec. in l. jura in fine ff. de reg. jur. ita pariter eos admittere potest ad successionem cum legitimis: quod in effectu est legitimorum legitimam minuere; cum & de jure Civili spurijs, ac legitimis matri hæredes esse permisum sit, Socin. cons. 148. quod postea Justiniianus certo modo immutavit in l. si qua illustris. C. ad Orfician. §. fin. in Auth. quibus mod. effic. sui: ergo, & noviori jure prout est Regium, hoc idem immutari potuit: argumentum præstat, quod olim jure Civili exclusos Prætor admittebat, & Senatus consult. ut in titulo ff. ad Orfician. & de bonorum possess. Jusque etiam Civile naturalibus liberis certam partem concedit relinqui posse, quo jure successiones sunt inventæ l. 3. ff. de petit. hæred. l. lege 12. tabul. C. de legit. hæred. & ab eo ante omnia in principio legitimorum, & spuriorum fuit constituta differentia §. nostra in d. Auth. quib. mod. natur. effic. sui: ergo etiam hodie poterit lex hoc idem ad pristinam naturam reducere, & illam differentiam abrogare ex reg. l. nihil tam naturale ff. de reg. jur. l. is potest. ff. de acq. hæred. & consequenter ab hæreditate paterna submotos ad eandem de novo vocare l. ejus est nolle ff. de reg. jur. quia pro tempore leges mutari quandoque oportet, cap. non

debet de consanguin. & affinit. Nostras autem leges Juris Civilis esse partem nemo ambigit.

2 His suppositis, quæ pro legis Regiae defensione adduxisse sufficiat, illius decisio magis juri conformis est, dum solos naturales liberos ad parentū peditum successionem cum legitimis vocat: & quia lex Regia quatuor naturalium liberorum species enumerat, scilicet susceptos ex soluta, ex concubina unica, ex ancilla propria, ex aliena, obiter de illis loquar. quia conductit ad faciliorem hujus nodi dissolutionem.

3 Naturalem itaque vocat filium natum ex soluta, licet non sit in domo retenta, prout de jure requirebatur, ut in d. Auth. quibus modis naturales effici. sui §. si quis autem defunctus, & in l. 3. ff. de concub. Specul. in tit. de succession. abintest. §. i. vers. nunc de naturalium. Joan. Andr. in rubr. qui filij sint legit. Alciat. 2. part. præsumpt. 5. num. 4. videndus Valasc. cons. 134. num. 5. & 176. num. 4. sequita Jus Canonicum, secundum quod sufficit, ut filius naturalis fiat, quod inter parentes potuerit matrimonium contrahi, ex Fortunio de ultimò fine juris num. 99. post Butrium Cassaneus in Rubr. 8. §. 3. num. 2. quia loquendi usus natum ex solutis reputat naturalem, ut per Baptistam, in d. Auth. si qua illustris. Concordat. l. 9. Tauri, ubi Gomes num. 1. prosequitur Azeved. lib. 5. tit. 8. de las herencias super d. l. Tauri. 9. & ii. num. 3. in fin. Paleotus de nothis cap. 12. num. 5.

4 Unde ex virgine susceptus, dubitari potest: An fiat patri naturalis, ut succedat in ejus bonis? Et videtur quod non: quia cum virgine committitur stuprum l. inter liberas §. 1. ff. de adulter. & stuprans punitur, juxta distinctionem text. in §. item lege Julia. Instit. de publ. judic. Mathefil. singul. 100. & punitur etiam lege Regia lib. 5. tit. 23. §. 1. & tit. 24. Cabed. arest. 50. & decis. 14. Cum ergo talis coitus sit lege Civili damnatus, filij ex eo nati nullo modo

patri

patri succedere possunt, neque cæteris ascendentibus; indigni enim sunt omni legum beneficio. Auth. quibus mod. natural. effic. sui §. fin. Auth. ex complexu C. de incest. nupt. ubi Salycet. Mathesil. de succession. abintest. 2. membr. princ. art. num. 7. vol. 3. tractat. ubi dicit, quod quando per aliquam constitutionem imponitur poena stupri cognoscenti aliquam, quod filius inde susceptus dicitur natus ex coitu damnato, pungit Bald. in d. Auth. si qua illustris col. 1. ad fin. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. Decius conf. 306. num. 5. firmans non succedere patri, licet matri succedat, quia ex ejus parte non est coitus punibilis, Soares in l. 1. tit. todo home num. 28. & fin. Mysing. cent. 1. quæst. 35. Socin. conf. 148. num. 8. lib. 1. ubi dicit communem, facit Ordinat. lib. 4. tit. 93. & l. si spurius ff. unde cognati, Covar. d. §. 5. num. 19. Dueñ. reg. 366. ampliat. 8. Gama decis. 102. & 136. per tot. & 383. num. 4. & 322. Gutierrez. pract. lib. 2. quæst. 122. Cabed. arest. 27. Surd. decis. 249. num. 20.

5 Quæ quidem quæstio apud nos videtur otiosa, visa generalitate hujus Ordinationis, arg. l. deprecatio ff. ad l. Rod. maximè cum considerem, quod hic coitus lege Regni non punitur poena criminali, nisi in casu, quo non habeat, unde solvat stuprans: idèoque dici non potest coitus damnatus, ex Decio d. conf. 306. cum cognoscens virginem non puniatur per viam punitionis, sed solum per viam satisfactionis, Panorm. in cap. 1. de adulter. Alciat. l. inter stuprum. ff. de verbis. signific. Socin. in l. Gallus §. quod si is num. 4. ff. de liber. & posthum. Deinde stuprum consistit in primo actu copulæ, & defloratione, sequentesque actus non sunt tribuendi stupro, cum simplicem coitum constuant, in quo proles potuit suscipi, quando ea copula non erat punibilis.

Vel insuper dici potest, quod nos agimus de virgine plebea, cum qua non committitur stuprum punibile, ut firmat Aymon conf. 66. num. 6. Angel. in l. Suxor ff. de adulter. Bald. conf. 206. col. 3. ubi idem in vidua plebea citat cum Socin. conf. 212. vol. 2. col. 2. Inferens ex virgine plebea natum non esse spurium, neque natum ex coitu punibili, Alciat. in l. inter stuprum num. 5. ff. de

verbis. signific. addit tamen Covar. de sponsal. 2. part. §. 5. num. 17. quod non sufficit esse plebeam sanguine, & origine, nisi & moribus sit abjecta: sequitur Gregor. l. 11. tit. 13. part. 6. gloss. verbo natus.

6 Ideo videtur dicendum, quod licet verum sit quod stuprum inducat coitum punibilem ex his, quæ Gomes l. 9. Tauri num. 13. attento Jure Civili, ita ut ex illo natus nec matri, nec patri succedat, ex Mynsinger. cent. 1. quæst. 35. Plaça cap. 41. à num. 29. Gomes l. 80. Tauri. num. 7. Socin. d. conf. 148. num. 8. lib. 1. ubi dicit communem, facit Ordinat. lib. 4. tit. 93. & l. si spurius ff. unde cognati, Covar. d. §. 5. num. 19. Dueñ. reg. 366. ampliat. 8. Gama decis. 102. & 136. per tot. & 383. num. 4. & 322. Gutierrez. pract. lib. 2. quæst. 122. Cabed. arest. 27. Surd. decis. 249. num. 20.

Tamen, quando agitur ad repellendum filium à successione patris, satis est, quod sit procreatus ex coitu damnato ex parte patris tantum, quare conceptus ex conjugato patri non succedit, licet mater sit soluta, est enim hic coitus improbatus, l. 1. C. de adulter. licet non sit punibilis, Socin. d. conf. 148. num. 5. ad fin. Decius conf. 307. col. fin. satis est enim natum esse filium ex coitu, qui non potest esse conjugalis, Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 3. Gregor. l. 10. tit. 13. part. 6. gloss. 1.

7 Cæterum, ne possit matri succedere, exigitur, quod coitus sit punibilis, ut in l. fin. num. 4. ff. de his quibus ut in dignis, Socin. d. conf. 148. à num. 5. Covar. d. §. 5. num. 15. Et intelligo, quod debet esse punibilis ex parte matris, Bart. d. num. 4. Bald. in l. eam quā num. 25. C. de fideicomiss. probat l. Tauri 9. & ibi Cifuentes num. 2. Ex quo fit, quod licet receptum sit natum ex virgine, vel vidua honesta matri non succedere, quia coitus est damnatus, & punibilis, l. inter liberos §. 1. ff. de adulter. §. item lex Julia, Inst. de publ. judic. tradit. Mandellus conf. 38. negans hanc successionem etiam respectu matris, &

fra-

fratrum, Gomes d. l. 9. num. 13. Covar. d. §. 5. num. 17.

8 Tamen hodie apud nos aliud est dicendum per legem Regiam lib. 5. tit. 23. Ubi iste coitus ex parte matris non est punibilis, quemadmodum erat de Jure Civili, adnotavit Salycet. in l. eum qui num. 2. C. de adulter. Baptista in l. si qua illustris num. 23. C. ad Orfician. Gomes l. Tauri 80. num. 5. quia in hoc Regno hodie receptum est, cap. 1. de adulterijs, & ab alijs poenis Juris Civilis recessum est: ut etiam in Hispania testatur. Gomes d. l. 80. num. 7. requiritur enim, ut coitus sit punitus legi civili, vel Regis: nec sufficiet, quod hodie omnis concubinatus est prohibitus per Conc. Trident. etiam inter solitos sess. 24. cap. 8. dixit Socin. in d. l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum, & d. cons. 14. 8. num. 6. lib. 1. sufficietque, ut lex civilis poenam imponat extraordinariam, ex Angel. in §. novissime num. 22. Instit. ad Orfician. licet in d. l. 9. Taur. exiguatur poena mortis, ut per Gomes ibi num. 14. Covar. d. §. 5. num. 18.

Quod quidem admitti potest in virginie soluta, & quae sui juris est, quod si sub alterius potestate sit, est magis dubium, ex Ordinat. d. lib. 5. tit. 23. & 24. Ubi talis coitus lege punitur, unde filii ex tali coitu non fient naturales, saltem patri, licet matri succedere valent, cum mulieri nulla poena irrogata reperiatur.

9 In filio ex vidua suscepto non leve est dubium, si ad verba legis Regiae advertimus, quae ad solutam solum diriguntur: cum igitur communis usus loquendi intelligat mulierem solutam illam esse, quae nunquam fuit uxorata, videtur quod lex Regia non procedat in vidua, maxime cum sit correctoria juris communis: quo casu debet intelligi, ut minus laedat jus commune, ex Alex. cons. 78. vol. 1. quia verba debent exponi in suo proprio significatu l. filius fam. §. fin. ff. de donation. Annibal. in l. nemo potest ff. de legat. l. num. 299.

vol. 2. repetitionum.

Verum potest dici hanc legem etiam intelligi de vidua, quia sicut appellatio ne viduae continetur ea, quae nunquam nupsit, ut in l. malum §. vidua ff. de verbis signif. ita, è converso viduae appellatione venit, quae nunquam nupsit, & soluta est; verbum enim soluta, quo lex Regia utitur. utrumque comprehendit, quia soluta dicitur, quae soluta est lege viri: qui sensus maxime accipiens est, quando utroque casu eadem est ratio, quia tunc fit extensio, etiam in correctorijs ad casum, qui sub verbis legis potest comprehendiri, Rosel. de successi. ab intest. num. 125. Deinde quia licet appellatione solutæ, non comprehendatur vidua, tamen de ea venit lex intelligenda, quia quando lex facit metionē de aliqua qualitate ratione frequenter usus, non dicitur alios excludere, si sunt casus similes, gloss. verbo possidentes in Clem. 1. ubi Imol. de re script. gloss. 1. in l. 1. C. de his qui ad Eccles. config. Jas. in l. 2. ff. de vulgar. Alex. cōf. 119. vol. 6.

### Ex concubina.

10 Ex concubina naturalem dicit filiu lex Regia, quando unica sit; deducique videtur ex Auth. licet C. denatural. liber: ibi. Quae sola fuerit: & in Auth. quibus mod. natural. effic. sui §. si quis autem, col. 7. licet Fortunius de ultimo fine, num. 102. hanc differentiam non admittat. Pluralitas enim concubinarum eodem tempore retentiarum facit filium esse spurium, Bart. in l. 1. ff. de concubin. idem Bart. de succession. ab intestat. col. 2. num. 5. Panorm. in cap. per venerabilem qui filij num. 3. & ibi Præpos. num. 15. Baptista in d. l. si qua illustris num. 35. & 71. Et licet pro tali coitu poena non reperiatur apposita, tamen dicitur damnatus, quia res est mali exempli, ut in Auth. quibus mod. natur. effic. sui §. si verò, Palat. l. Taur. 9. num. 30. Ubi Justinianus ex pluribus concubinis

nis natos dicit patri non succedere , cū tamen damnatus coitus non sit: ex quo articulum reputat difficilem Paleotus cap. 41. in princ. dum putat hunc coitū cum diversis concubinis punibilem, quia de jure Civili requiritur potestatio, ut illam solam habeat uxoris loco, l. 3. ff. de concubin.

Nec oportebit, ut in domo retineatur licet in Auth. quibus mod. natur. effic. sui §. si quis autem aliter caveatur, Guilelm. verbo, & uxorem num. 671. quia haec Ordinatio solum habuit respectum ad matrimonij validitatem, secundū Jus Canonicum, quo attento magis reprobatur concubinatus intra dominum, quam extra cap. ex parte de testib. pragmat. tit. de concub. fol. 187.

### *Ex ancilla propria.*

**I**II **N**aturalem filium quis ex ancilla suscipit, licet secus mulier ex suo servo, Tellius d.l. 9. num. 4. vel ex famulo, ex Roger. de summo bono fol. 181. & in hoc haec Ordinatio habuit ortum à lege ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell. Ubi talis filius conceptus in servitute facit deficere fideicommissum. Ubi Alex. conatur defendere, hoc solum procedere, quando filius fuit conceptus in figura matrimonij, faltem de facto contracti, tenuit Afflct. quæst. 203. Et hoc videtur hic comprobari, tibi: *Dalgua sua escrava.* Verum non placet, quia text. in princ. de servil. cogn. indistincte loquitur, nec ex hac lege figura matrimonij requiriatur: quare Alex. videtur loquutus secundum jus antiquum, quia licet attento jure Civili, cum servis non liceat contrahere matrimonium, l. cum ancillis C. de incest. nupt. Attento tamen jure Canonico potest contrahi: ut in titulo de conjugio servorum. Unde marito filius inde procreatus censetur naturalis, Socin. in l. sed est quæsumum num. 2. ff. de liber. & posthum. quanvis Aretin. conf. 48. num. 1. & Alciat. reg. 2. præsumpt. 5.

in fine propriam requirat servam haberi pro concubina, ut filius inde procreatus dicatur naturalis. Cum autem haec Ordinatio restringat se ad filium suscepsum ex propria ancilla, videtur oppositum probare, si sit ex aliena, quod ea extante virgine videtur admittendū, quia talis coitus est damnatus, Socinus in l. Gallus §. quid si is, num. 6. per l. fin. ff. de officio præsid. gloss. in l. inter liberos, & ibi Angel. ff. de adulter. gloss. 1. in l. servi, & ibi Salycet. C. eod. tit. Quo circa cum ille coitus sit punibilis, inde natus nequit succedere Baptista in l. si qua illustris C. ad Orfician.

Verum adhuc considero, quod supra dixi, quod stuprum cum persona vili non punitur l. quæ adulterium C. de adulterijs, ibi: *Quas vitæ vilitas, &c.* Socin. cons. 212. col. 3. lib. 2. Gozadin. cons. 21. num. 5. ancilla enim talis est. l. humilem C. de incest. nupt. Mandel. cons. 37. num. 1. Atque ideo filius ex illa debet ad hereditatem admitti, & esse naturalis: voluit Aymon cons. 166. n. 6. Alciat. in d. l. inter stuprum num. 5. Quæ opinio, licet de jure sit dubia, ex his, quæ Covar. d. §. 5. num. 17. tamen de jure Regio videtur sine dubio esse, cum ille coitus non sit punibilis aliqua lege Regia, ut filius non fiat naturalis habitus ex propria ancilla: imò ab ea repertatur comprobatum. Gama decis. 167. num. 3. Unde talis filius, si pater decedat, nec eum liberum faciat, ab ipsa lege consequitur libertatem ex tacita manumissione, ut in l. fin. C. commun. de manumission. Lara in repetit. l. si quis à liberis ff. liber. agnosc. num. 82. quem citat Azevedo ad l. 9. lib. 5. tit. 8. num. 9. nisi specialiter in servitute relinquatur, sicut & ejus mater d. l. fin. C. commun. de manumiss. Craveta cons. 368. num. 3.

### *Ex ancilla aliena.*

**I**II **D**um Ordinatio decernit, quod natus ex aliena ancilla sit naturalis

ralis filius patrī , dummodo tempore mortis ipsius liber sit , videtur contra ius respondisse , quia coitus cum aliena ancilla est punibilis , tradit Socin. d. cōs. 148. num. 4. & est gloss. in l. 1. tit. 14. part. 4. & est Ordin. lib. 5. tit. 23. §. 1. ibi: *Escrava de guarda*: videtur tamen Ordinatio sequuta decisionem text. in l. fin. ff. de jur. deliber. Ubi habetur, quod filius ex ancilla aliena est capax successionis paternæ : quod intelligo , nisi sit *Escrava de guarda*: in qua coitus est punibilis ex d. Ordin. d. §. 1.

13 Cūm tamen in servitute conceptus non succedat , nisi sit effectus liber , quia cum servis nulla cognatio est , princ. Instit. de servil. cognat. Guillielm. in cap. Raynutius, num. 701. fol. 115. Ideo oportet , ut à domino fiat liber ante mortem patris , ut illi succedere possit , ut eo tempore reperiatur habilis ad successionem : & sic debent explicari illa ultima verba Ordinationis libi: *De herança sua, ou alheia, se por morte de seu pay ficar forro* : ut scilicet hæc ultima verba referantur ad filium suscepsum ex aliena ancilla , quem oportet esse liberū tēpore mortis patris , ut illi succedit : non verò referantur ad filium ex propria ancilla ; quia hic non indiget ut à patre manumittatur , sed à lege tacitè libertatē cōsequitur , §. fin. Instit. de adoption. Ubi sufficit tractare servum ut filium , ut fiat liber , ejusque mater , & ipse parenti succedit pediti cum alijs legitimis , licet aliter explicit Gama decis. 86. num. 3. & decis. 167. n. 6. Afflict. decis. 203. Dueñas reg. 350. ampl. 18.

Ex quibus conclusimus hanc filiam

ex propria ancilla susceptam a lege consequutam fuisse libertatem , & patri hæredem exitisse , atque ex eo tanquā legitimam hæredem , esse admittendam ad legitimam ancillæ manumissæ , tanquam hæres patroni.

14 Nec obstat l. patronæ ff. de bonis libertorum: ubi filij patroni non admittuntur , nisi jure quæsiti: ibi: *Patronæ filij etiam vulgo quæsiti ad bonorum possessionem admittuntur: patroni autem non, nisi jure quæsiti*: pungit Gama decis. 382. num. 4. quia satisfit , quod respectu plebei filius naturalis in hoc Regno est jure quæsitus , & inter legitimos connumeratur , & cum illis ad successionem admittitur , Gama d. decis. 86. num. 3. & faciunt conditionem deficere Gama ubi supra num. 6. & 7. Cūmque in hac specie maritus , & uxor simul manumisissent , pro sua parte admittendam fore judicavimus ex text. in l. si liberto sine liberis 17. ff. de bonis libertor. Alex. in l. si mihi , & tibi , ff. de legat. 1. num. 21. Pianuc. de lucro dotis , num. 303. Bertran. de jure liber. cap. 14. fol. 390.

Non omittam illa ultima verba Ordinationis: *Se por morte de seu pay ficar forro* : & referri posse ad filium natum ex ancilla propria cēsio , quādo scilicet à patre in servitutem specialiter relictus non sit ; potest enim pater exprimere , ut in servitute maneatur: unde etiam possunt accipi in hunc sensum , ut comprehendant filium ex propria ancilla ; quādo in servitute relictus non sit , quia tacitè fit liber. d. l. fin. C. commun. de manumiss.

## S U M M A R I A.



*Os promissa à vitrico an compensanda cum legitima? num. 1.*

*Si pater possidet bona filij, expensas studij non censemur de suo*

*facere. ibi.*

*Paternum officium est dotare filias. ibi.*  
*Obligatio cessat , quando filia habet unde dotem recipiat. ibi.*

*Vitricus de suo solvere dotem privignæ*

*non tenetur. num. 2.*  
**D**os semper debet solvi de bonis communibus, quasi debitum conflatum matrimonio constante. ibi.

*Interpretata l. si socius, ff. pro socio. ibi.*  
*In his Regnis an habeat locum l. nec mater, C. de jure dotum? num. 3.*

*Filia habet intentionem fundatam contra matrem. ibi.*

*Vitricus dotasse censetur de bonis privigenae. ibi.*

*Interpretata l. Nessonius, ff. negotijs gesti. ibi.*

*Dos promissa a vitrico cum legitima ipsius compensari non debet. num. 4.*

*Extraneus dotans censetur dotare de suo. ibi.*

*Licet dotans non habeat formalem animum donandi patri, habet tamen per quandam consequentiam. ibi.*

*Confunditur opinio Novelli, quatenus sentit extraneum dotantem posse a patre repetere. num. 5.*

*Confunditur sententia Pauli, dum sentit, quod soluta societate, potest socius deducere quantum dedit in dotem alterius filiae. num. 6.*

*Mater, quae bona filiae administrat, non censetur de suo dotare. num. 7.*

*Compensationi ut sit locus, illud, quod prominitur, debet habere functionem cum debito. ibi.*

*Frater administrans bona sororis, & illa dotans, censetur de suo dotare. n. 8.*

## DECISIO XIII.

*An dos a vitrico, & matre promissa privigenae debeat compensari cum legitima ipsi debita ex bonis patris sui? Ad Ordin. lib. 4. tit. 78. in princip. & §. 7.*



UM duas auri selibras Joannes de la Plaça, & Dominica Luis ejus uxor privigenæ promisissent in dotem cum alijs mobili bus, cum eam matrimonio Antonio Roíz Aurifaci copulassent; vitricus (erat enim dotata filia uxor ex primo matrimonio) dotem promissam compensandam, & res mobiles cū legitima privigenæ, cuius ipse erat debitor, afferebat: Judex sententiam protrulit contra Reos, compensationem denegans: inde ad Senatum res delata est: & primo loco dixit Doctor Michael de Barreira, olim in Conimbricensi Academia Juris Civilis eximius professor, vir doctissimus, & longa rerum experientia attritus, post eum D. Didacus de Brito, Juris Canonici in eadem Academia Decretorum professor meretissi-

mus, & in hac Augustissima Civitate Canonicus, vir quidem eruditissimus, quoru[m] sententia fuit, ut dos compensaretur cum legitima, ex gloss. verbo intelligi in l. fin. C. de dotis promiss. recepta ex Gomes in l. 50. Tauri, num. 23, ubi loquitur de matre, quae administrabat bona filiae, Menoch. de arbitrar. centur. 1. num. 46. & casu 88. num. 47. Palatius in rubr. §. 66. num. 13. Sicut alias pater possidens bona filiae de illis videtur in dubio expendere; etiamsi de suo teneretur: ut colligitur ex l. fin. ff. de petit. hæred. junct. l. 1. §. neque castrense, ff. collat. bonor. Ordin. lib. 4. tit. 99. §. 6. Surdus de alim. tit. 6. quæst. 8. num. 105. & d. quæst. 8. num. 46. & 47. 53. & 54. Ex quo licet pater expensas studij videatur dare, adeò quod imputare illas filius non compellatur, ut in l. quæ pater 51. ff. fam.

ff. fam. ercis. Ordin. lib. 4. tit. 97. §. 7. Gomes l. 29. Taur. num. 19. licet contra. riū dicat Gregor. l. 5. tit. 15. part. 6. quem sequitur Garcia de expens. cap. 4. num. 2. Tamen si pater possidet aliqua bona filij, potius de illis expendisse præsumitur, Bart. in d. l. fin. in princip. Jas. in Auth. quod locū C. de collat. num. 3. Quare idem omnino videtur respondendum in dote, ut de bonis filiae vitri-  
cūs, & mater videantur dotasse, non de proprijs, ex sententia Bart. in l. Nesse-  
nius ff. de negot. gest. per gloss. in d. l. fin. verbo paternum, sequitur Angel. per text. ibi juncto Bart. in d. l. fin. ff. de pe-  
tit. hæred. facit l. cùm post. 44. §. 1. & ibi Bart. num. 2. ff. admin. tutor. Socin. Ne-  
pos, qui dicit communem conf. 69. num. 94. lib. 3. qui in tute loquitur. Nec obstat d. l. fin. C. de dotis promiss. ubi paternum officium esse ait dotare filias ex legis vinculo, ut dixit Ripa in l. 1. ff. solut. matrimon. num. 54. Campe-  
sius de dote 1. part. quæst. 26. num. 4. Decius conf. 35. num. 6. Gomes l. Tauri  
50. num. 21. ad fin.

Nam illud procedit respectu patris, ut teneatur vel ex legis necessitate, vel de honestate, quia oportet dotare filiam, quando aliàs indigeat, quæ etiam honestas cessat, quando filia aliàs ha-  
beat, unde dotem recipiat: ut per D. Thom. 2. 2. quæst. 106. & seq. Covar. in cap. cùm in officijs num. 10. de testam. Tamen hæc obligatio, vel honestas de-  
ficit in matre, cuius officium non est filiam dotare gloss. d. verbo paternum, in d. l. fin. & probatur in l. neque mater C. de jur. dotium. Unde fit, quod licet pater in dubio censeatur de suo dotare, & contra eum talis debeat fieri inter-  
pretatio ex l. profectitiam §. fin. ff. de jur. dot. etiam quando bonorum filiae sit administrator: prout dicit Campes. de dote 1. part. quæst. 16. num. 4. licet in-  
cautē Bart. in d. l. Nessenius contrarium voluerit num. 5. contra quem est com-  
munis ex Jas. in l. 1. num. 25. ff. solut. matrimon. & ibi Ripa num. 90. Paris. conf. 80. num. 1. lib. 3. Gomes d. l. 50. n.

22. Tamen in matre aliud dicendum est, nisi promittat, ultra quam filia habebat, ut singulariter Baeça de non meliorand. cap. 11. n. 115. Novell. de dote 6. part. privil. 3. n. 4. Gomes d. l. 50. n. 24.

2 Si autem è converso obligatio-  
nem consideramus ex parte vitrici, no-  
toriè constat vitricum non teneri de  
suo solvere dotem privignæ. Dos enim  
filiae semper solvi debet de bonis com-  
munibus utriusque parentis, siquidem  
est debitum contractum constante ma-  
trimonio, quod ad utrumque socium  
spectat juxta Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. fa-  
cit l. socium qui 61. §. fin. cum l. fin. ff. pro  
socio. Palat. in rubr. §. 66. à num. 7. Go-  
mes in d. l. 50. num. 24. Covar. lib. 3. re-  
solut. cap. 19. num. 3. Neque obstat l. si  
socius 82. ff. pro socio. Ubi alter ex so-  
cijs non potest filiam dotare de bonis  
cōmunib⁹, nisi hoc in lege societatis ex-  
pressum sit: tradit Alex. conf. 154. lib. 2.  
dicit communem Jas. in Auth. quod lo-  
cum num. 6. C. de collation. quia fortior  
est societas legalis, quam conventio-  
nal is in hoc casu, cùm debitum dotan-  
di filiam commune ex ipsa societate  
oriatur, quod secus est in d. l. si socius.

3 Unde fit, quod in his Regnis  
videtur non habere locum text. in d. l.  
neque mater C. de jur. dotium; siquidem  
per supradicta non minus mater ipsa,  
quam pater dotare compelletur soluto  
matrimonio; licet eo constante solus  
maritus teneatur, quia cùm onus do-  
tandi incepit matrimonio constan-  
te, licet solvatur societas conjugalis,  
non adhuc liberatur mater ab eo one-  
re dotandi pro sua parte, quemadmo-  
dum neque quisque alius socius à so-  
lutione contracti debiti durante so-  
ciate, l. omne æs 27. ff. pro socio: ita  
judicatum dicit Covar. 3. resolut. cap.  
19. num. 3. Nulla enim ratio patitur, ut  
solute matrimonio, contra matrem  
idem officium judicis non competit,  
cùm contra illam habeat filia inten-  
tionem fundatam, & jus quæsitum, in  
quo illi nocere non potest matrimo-  
nij dissolutio, tum maximè si consi-

deramus matrem habere prædictorum bonorum dimidiam partem: ex quo non videtur cessare causa, propter quam illa erat à principio obligata.

Unde cùm matrem solam sequatur illa dotandi obligatio pro sua parte, viticus omni obligatione solutus est: cùmque pupillæ bona administraverit, & in domo sua retinuerit, de bonis ipsius dotem constituisse præsumendū est ex d. l. Nestenius, conduceit Ordin. lib. 4. tit. 31. §. 11. Sicut legatum reliquum creditori compensandum indubitate juris est per text. in l. si cùm dotem §. si pater ff. solut. matrimon. ubi Barbosa à num. 7. l. quoniam, Novella, & l. omni modo C. de inoffic. testam. argum. l. si creditorem, & l. Lucius ff. de leg. 2. Covar. in cap. cùm in officijs de testam. num. 2. Gregor. l. 16. tit. 9. part. 6. verbo Los dineros, Costa in cap. si pater, verbo legavit, num. 19. Gomes 1. tom. variar. cap. 12. num. 7. Mantic. de conject. lib. 10. tit. 2. n. 1. Menoch. cons. 17. & 18. num. 27. & de præsūption. lib. 4. quæst. 109. per tot. Gutier. de tutel. 3. part. cap. 5. à num. 2. Caldas Pereira lib. 1. quæstion. forens. quæst. 16. & de potest. eligend. cap. 16. num. 14. Castillo de usufructu cap. 46. à num. 6. Surdus de alim. tit. 6. quæst. 4. num. 6. Palat. in repet. rubr. §. 66. à num. 15. Molin. de justitia disput. 234. Barbosa in l. 1. ff. solut. matrimon. num. 148.

4 Verùm prædictis non obstantibus, cōtrarium Senatus censuit, & quòd illa bona mobilia in dotem tradita cum quantitate ex legitima debita filiæ compensanda non erant. Primò quia vitricus dotans est extraneus, & ut talis non censetur dotasse de bonis privignæ, sed de proprijs, l. unica §. accedit C. de rei uxori. action. ad fin. ibi: *Eum donasse magis.* &c. notavit Bart. receptus in l. quæ dotis, num. 6. ff. solut matrimon. & animus donandi compensationem excludit, & repetitionem, l. 1. ff. de condic. indeb. l. cuius per errorem ff. de reg. jur. quanvis Paulus cons. 96. ad fin. lib. 2. intelligat hoc cessare, quando mulier

sic dotata habet patrem dotare valentem, quia eo casu non cessat animus repetendi dotem datam: ut in simili probatur in l. si quis à liberis §. si mater ff. de liber. agnoscend. concordat Corneus cons. 124. num. 6. lib. 1. latius Ruynus cons. 171. num. 5. lib. 1. Quæ interpretatio multum restringit regulam d. §. accedit: quare non est tenenda, quia contra mentem communis, ut agnovit Socin. cons. 291. lib. 2. num. 11. quia si videtur donasse, implicat contradictionē posse repetere: quocirca licet dotans non habuerit formalem animum donandi patri, habuit tamen per quandam cōsequentiam, licet principaliter id egisset, ut illa dos conservetur in persona dotatæ, ut per Ruyn. cons. 101. num. 15. lib. 1.

5 Sicque confunditur dictum Novell. 6. part. privileg. 3. num. 6. ubi firmat extraneus, qui dotavit, posse à patre dotatæ filiæ dotem repetere, prout etiam posse repetere & alimenta illi præstata: ut in l. si paterno junc. gloss. fin. C. de negot. gest. sequitur Palatius in cap. per vestras §. 14. n. 9. notab. 3. & in rubr. §. 66. n. 12. Ruynus cōs. 171. num. 8. lib. 1. Quæ resolutio, stantibus supradictis, stare non potest, siquidem per d. §. accedit, qui dotem promisit, donare videtur, & qui donat, non repetit: aliter enim hujusmodi dotem filia conferre teneretur, cuius contrarium probat Ordin. lib. 4. tit. 96. §. 10. & 11. Nec pariter est in consideratione, quod de alimentis præstitis filiæ adduci solet, quia in illis cessat donandi animus, ut probat d. l. si paterno §. fin. C. negot. gest. Socin. cons. 291. num. 12. lib. 2.

6 Ex quo etiam appetit non bene sensisse Paulum in cod. cons. 96. ad fin. dum dicit, quòd soluta societate, potest socius deducere, quantum ambo socij dederunt in dotem alterius filiæ; non consideravit enim hunc socium suam partem donasse, ut advertit Socin: ex qua etiam ratione corruit dictum gloss. in dicto verbo paternum, dum voluit illam legem finalem non proce-

procedere in extraneo dotante ; quia is videtur quasi negotiorum gestor : & sic dotasse ex bonis ipsius mulieris, in eo enim communiter reprobatur per d. §. accedit.

7 Adhuc tamen fortiter obstat, quod in hoc casu nulla promissio dotis per instrumentum intercesserat, solumque tempore contracti matrimonij bona quedam mobilia tradita fuerunt utriusque conjugi in partem dotis, quae modo compensanda cum principali debito vitricus, & uxor postulabant : quod quidem admittendum fore videbatur ex ratione supra assignata : quia matrimonio dissoluto, adhuc mater compelli potest, ut dotem filiae constituat; cumq; illa una cum marito bona privignae administrassent, videtur mobilia ab ipsis tradita fore compensanda cum debito legitimae : prout voluit Bart. in l. uxorem, §. pater in fine ff. de leg. 3. receptus secundum Alciat. in l. 1. ff. soluto matrimon. num. 84. Sic limitata reg. d. §. accedit in fratre dotante, prosequitur Paulus cont. 351. num. 1. lib. 1. Campes. de dote 1. part. quæstion. 24. Corras. 1. qui liberis ff. ritu nuptiar. num. 120. Satisit enim, quod mater non administrabat bona privignae, sed vitricus, quem dotem fecisse simul cum uxore constabat; licet quæ res in dotem assignatae fuissent, non satis constaret : & licet ex hac ratione compensationi locus esse posset adhuc ut compensatio detur, requiritur, quod illud, quod promittitur pro dote mulieris, habeat functionem cum debito : veluti si debitum, & dotis promissio in quantitate consistant, ne debitum sit in quantitate, & promissa species, vel è contra : Unde fit, quod cū vitricus, & mater essent debitores quantitatis, non videntur habuisse compensandi animum, dando in dotem speciem ex Bart. in l. hujusmodi, §. cū pater n. 1. ff. de legat. 1. & ibi Jas. num. 11. non enim de jure fit compensatio de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem, si cōvenerit l. 8. ff. pignor. action. Ordin. lib. 4. tit. 78. in princ. & §. 7. Quas

re sumpta interpretatione ab hac juris dispositione juxta l. si duo ff. acquir. ha- red. consequens fit eos debito non habuisse cōpensandi animum: sicque in foro judicandū dixit Socin. conf. 93. lib. 1. num. 23. & dicit communem Jacobin. in l. cū pater num. 1. ff. de jure dotium Boer. quæst. 137. num. 1. ad fin. & facit notāda doctrina Bald. in d. l. Nessenius, col. 2. ad med. ff. de negot. gest. Ubi ait. quod quando pater legavit filiæ aliquid nomine dotis, & frater simpliciter illam dotavit, quod est solvēda integra dos de bonis fratris, si dos, & promissio nō ha- bent functionē inter se: extollit Cotta verbo frater dotans Barbos. in l. si cū dotē §. si pater num. 3. ff. solut. matrimon.

8 Quinimò licet supra citati pro constanti teneant, quod frater admi- nistrans bona sororis, videtur illam do- tare de bonis ipsius sororis, ut per Cam- pes. d. 1. part. quæst. 24. Rogerius de dote §. 2. a num. 8. Nihilominus verius videtur, hoc casu fore distinguēdum in- ter dotem quantitatis, & speciei non recipientis functionem, quemadmodū in quolibet alio debitore, prout aperte sentit Bart. in l. 1. §. nec castrense num. 8. C. de collation. bonor. & in tractat. de duob. fratrib. num. 16. Ubi resolvit ex- pensas à patre factas in studio, tunc de- dum videri factas de bonis filij apud patrem existentibus, quando illa bona consistunt in pecunia: dicit receptum Gomes l. Tauri 29. num. 19. Ubi incau- té dicit, hanc Bart. sententiam optimam rationem non habere: prosequitur Bar- bosa 4. part. l. 1. ff. solut. matrimon. num. 141. & 152.

Ex quibus in præsenti diximus non esse compensationi locum: sicq; censue- runt. D. Dionysius de Mello, & D. No- nius d'Afonseca Cabral, qui velut inter humiles cupressus olivas capite supere- minet, quibus libenter accessi. Et idem postea iudicavimus in processu Fran- cisci Alvarez contra Antonium Fer- nández in ordinario gravamine interpo- sito à Præside Emmanuele Coelho: Scri- ba Stephano de Castro.

Quod secus obtinuit in processu Dominici Vieira contra Annam Manuel, Scriba Georgio Fernandez in causa servitij cuiusdam famuli, cui dominus domum in testamento reliquerat, quam compensandam obtinuit cum servitio: quia in eo casu specialiter dis-

## SUMMARIA.



*Illi⁹ naturalis an censeatur nominatus in maioratu. num. 1.*

*Ordin. Regia lib. 4. tit.*

*36. §. 4. practicatur*

*in cappellis nominationis, filius naturalis admittitur excluso substituto.*

*num. 2.*

*Interpretatus text. in l. ex facto §. si quis rogatus ad Trebell. num. 3.*

*Illegitimus non dicitur de familia. n. 4.*

*Naturalis excludendus est à cappellæ successione. ibi.*

*Appellatione filiorum solum continentur legitimi, non verò naturales. ibi.*

*Naturalis non excludit substitutum ex se, sed adjuncta voluntatis conjecturā.*

*ibi.*

*Filius naturalis non est verus filius. n. 5.*

*Interpretatur l. ult. ff. de jur. deliber. ibi,*

*In filijs naturalibus regula negativè constituenta est. ibi.*

*Confunditur intellectus Corrasij, dum sen-*

## DECISIO XIV.

*An cappella nominationis, seu electiva, qua successor potest nominare unum ex filijs post se: eo non nominante, deferatur ad filium naturalem, & non ad substitutum in defectum filiorum, quasi defecta sit conditio per existentiam filij naturalis? Ad Ordin. lib. 4. tit. 36. §. 4.*

**C**Um testator in suo testamento disposuerit, ut maloratus, seu cap-

## XIII.

ponit Regia Ordinatio lib. 4. tit. 31. §. 11. Quæ cùm nostrum sit jus communne, & compensationi locum fore decrenat, cessant juris communis interpretationes, & securius procedunt quæ Cabet. decis. 117. per tot.

tit Papinianum affirmative responde. num. 6.

Interpretatur Ulpianus in §. si quis ro-  
gatus. ibi.

Explicatur Papin. in §. volo. ibi.

Explicatur l. Lucius. §. ultim.

Interpretata l. hæredibus. 77.

Explicata Ordin. lib. 4. tit. 39. §. 4.  
num. 7.

Procedit in emphyteusi liber & nominatio-  
nis. ibi.

Non potest extendi ad maioratum, in  
quo conceditur electio inter liberos  
tantum. ibi.

Ordinatio procedit in electione concessa  
pediti. num. 8.

Naturalis in figura matrimonij suscep-  
tus facit deficere conditionem, si sine  
liberis. num. 9.

Naturalis nominari potest, si conditio sit  
apposita Clerico. ibi.

Interpretata l. fideicommissum 75. ff.  
condition. & demonstr. ibi.

pella, quam instituebat, deferretur ad  
filium seniorem ipsius, qui post se no-  
minare

minare posset filium, qui in ea succederet, alia se non nominante, tunc successio maioratus pertineret ad secundo genitum cum iisdem conditionibus expressis in primo gradu. Contigit, quod primò vocatus decessit sine liberis legitimis, reliquo filio naturali, qui (cum pater non nominasset) afferebat, sive lege nominatum, & electum extitisse arg. Ordin. lib. 4. tit. 36. §. 4. & his, quae resolvit ad eam Ordinationem Valasc. de jure emphyt. quæst. 50. num. 6. Pinel. de bon. matern. 2. part. num. 70. D. Caldas Pereira de nominat. quæst. 6. num. 9. & quæst. 3. num. 4. & 5. & quæst. 7. num. 4. & 28. & quæst. 11. num. 13. & quæst. 13. num. 10. & quæst. 7. num. 39. & quæst. 9. num. 8. idem Valasc. cons. 134. num. 13. & 147. num. 11. Gama decis. 2. idem Caldas Pereira de nominat. quæst. 19. ex num. 28. & d. quæst. 7. à num. 24. plures citat doctissimus Emmanuel Barbosa in suis doctissimis notationibus, quae admodum doctæ sunt, Cleanitque redolent lucernam: quam Ordinationem ex stylo Regni practicari in cappellis, seu maioratibus nominationis, seu electivis, prosequitur idem Valasc. 1. part. cons. fin. num. 38. ut in illis primogenitus nominatus censeatur, si pater, qui eligere poterat, sine nominatione decessit: quod cū ita in cappellis receptum sit, pariter & recipi debet, quod in eadem Ordin. disponitur in d. §. 4. ut naturalis filius Equitis, qui legitimos non habet filios, nominatus censeatur, ibi: *E nāo havendo descendēte legitimo por morte do foreiro, posto que haja ascendente legitimo, haverá esse foro seu filho natural, & se o tiver, ainda que seu pay fosse cavalleiro.* Nec est inconveniens illam Ordinationem ibi locum sibi vendicare in cappellis, cū etiam secundum aliquos comprehendere valeat emphyteusim Ecclesiæ, cujus naturales filii capaces non sunt, ex Gama d. decis. 2. num. 5. & decis. 50. num. 2. & decis. 149. num. 5. & decis. 308. num. 6. & decis. 315. num. 8. Costa de succession. Regni fol. 102. Pinel. in l. 2. de bon. ma-

tern. num. 11. illud enim dominium utille est quid profanum, ex Barbosa in l. Titia ff. solut. matrimon. num. 44. idem Valasc. cons. 144. num. 13. D. Caldas Pereira de potest. elig. cap. 15. num. 1. & 34. Surdus decisi. 160. num. 15.

2 Pro cuius assertionis fundamentis illud principaliter adduci potest, quod sine dubio naturalis filius debet admitti, excluso substituto, quia quilibet filius naturalis facit deficere conditionem, si sine liberis, ut excluso substituto, ipse admittatur, gloss. in cap. in præsentia de probation. ibi: *Si naturales filios habeat, evanescit, &c.* latè DD. in l. ex facto §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebell. ubi Ripa num. 6. cum declaratio- ne Alex. ibi num. 6. nisi testator sit in dignitate constitutus, Ripa num. 15. Jacobin. in l. generaliter §. cum autem num. 3. C. de instit. & substitution. Felin. in cap. in præsentia num. 21. de proba- tion. ubi Decius num. 37. Socin. in l. hæ- redes mei §. cùm ita ff. ad Trebell. Ru- beus in l. Gallus §. quidem rectè num. 155. Gomes 1. tom. cap. 5. n. 40. Padilla in l. cùm acutissimi num. 31. C. de fi- deicommiss. Dueñ. reg. 352. Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 9. a num. 2. citans alios, qui dicunt communem: fatetur Gabriel lib. 1. commun. tit. de fideicom- miss. conclus. 2. num. 68. Rojas in epit. succession. cap. 14. num. 12. Secundum quos in dubio, nisi aliud ex dignitate, & conditione personæ disponentis, vel ex alijs conjecturis colligatur, per na- turalium filiorum existentiam subs- tituti excluduntur: quae opinio cùm sit communis, ab ea in hoc Regno recede- re non licet, in judicanda ex Ordin. lib. 3. tit. 64. Nec obstat interpretatio Cos- tæ in §. & quid si tantum 1. part. num. 79. & in cap. si pater, verbo si absque li- beris num. 42. dum dicit Jurisconsultum in d. §. si quis rogatus, non sentire, quod ex ea communis deducit, quod scili- cet naturalis filius excludat substitutum, nisi pater sit in dignitate constitutus. Sed potius quod in illis casibus, in qui- bus contra regulas communes natura-

lis admittitur, ut excludat substitutum; id non admittatur, si testator sit in dignitate constitutus, nam tunc conjectura, quæ faciebat pro naturali, elidetur per contrariam: atque ideo eo casu quasi in re dubia naturalis substitutum non excludet.

<sup>309</sup> Hæc enim interpretatio contra-  
ria est menti Jurisconsulti: nam si bene  
advertisimus, Ulpianus tres conjecturas  
adducit, ex quibus possit colligi utrum  
testator in conditione, si sine liberis, sen-  
serit de naturalibus: prima est quæ de-  
ducitur ex dignitate testatoris: secunda  
ex voluntate, quæ exemplificatur per  
l. cùm pater §. volo ff. de leg. 2. Et pro-  
cedit, licet testator in dignitate consti-  
tutus sit, Costa in d. §. & quid si tantum  
num. 62. 5. part. Tertia ex conditione  
disponentis, prout si sit naturalis, non  
censeatur naturales exclusisse, ut per  
Decium in d. cap. in præsentia num. 43.  
etiam si testator sit in dignitate consti-  
tutus.

Unde apparet, quòd Jurisconsultus  
in illo textu aliter disposuit, quām Co-  
sta explicat: nam verus sensus est, quòd  
etiam in casibus, in quibus propter di-  
gnitatem testatoris non videtur actum  
de naturalibus, tamen de illis intelliga-  
tur dispositio in casibus in hoc textu  
relatis. Atque ideo Papinianus ibi non  
generaliter loquutus est, sed tātūm in fi-  
lio naturali, libertino, in quo Ulpianus  
ejus admisit sentētiā; quo ad alios ve-  
rō naturales dicit quæstionem esse vo-  
luntatis: cùm verō conjecturæ ab eo  
descriptæ frequentius concludant, na-  
turales substitutum excludere, meritò  
secundūm hoc communis procedit, ut  
in dubio naturales substitutū excludant,  
nisi testator sit in dignitate constitutus.

4 Verūm in nostra hypothesi ob-  
tinuit, naturalem excludendum à suc-  
cessione cappellæ, ad eamque invitā-  
dum fratrem defuncti, eidemque subs-  
titutum sub conditione si sine liberis  
decessisset: ex eo fundamento, quia  
propriè loquendo, appellatione filiorū  
solum continentur legitimi, non verō

naturales, l. filium in princip. ff. de his,  
qui sunt sui: ac proinde cùm in condi-  
tionibus verba in specifica forma acci-  
pienda sint, l. qui hæredi ff. de condit.  
& demonstrat. nullo modo ad natura-  
les, sed ad legitimos referri debent: fa-  
cit l. generaliter ibi: *Justa sōbole: C. de*  
*inst. & subst. illegitimi enim non di-*  
*cuntur de familia l. si spurius 14. ff. un-*  
*de cognati. §. vulgo Inst. de success.*  
*cogn. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 8.*  
*num. 6. Rojas cap. 20. num. 116. Molin.*  
*lib. 1. cap. 4. num. 46. nec parentum ho-*  
*norem sequuntur Bart. in l. i. C. de dign.*  
*lib. 12. Rojas cap. 15. à princip. facit Or-*  
*din. lib. 2. tit. 52. §. 7. ne videatur testa-*  
*torem ad delinquendum invitasse suc-*  
*cessores, ut ex concubina filios suscipi-*  
*ant, ut substitutos excludant. Bart. re-*  
*ceptus in d. l. hæredibus 77. ff. ad Tre-*  
*bell. in fin. Pro qua sententia expendi*  
*poteſt, d. §. si quis rogatus, quia dum*  
*Jurisconsultus ibi dicit voluntatis esse*  
*quæſtionem, an naturales excludant*  
*substitutum, planè ostendit, non abſo-*  
*lutè naturales substitutum excludere;*  
*quandiu aliiquid ex voluntatis argu-*  
*mentis aliunde collectis non accedat: si-*  
*cum aliás in d. §. volo, disponitur, liber-*  
*tinum, eundemque collibertum ex vo-*  
*luntate substitutum excludere, l. ult. in*  
*fin. de jur. deliber. Nec ulla differentia*  
*constituenda est in conditione expreſ-*  
*ſa à testatore, si sine liberis decesserit,*  
*vel tacitè à lege intellecta, quia quæ*  
*vigent in conditione, per legem subin-*  
*tellecta ſimiliter procedunt in ea, quæ*  
*à testatore exprimitur, & è converso,*  
*confunditur enim dicta diſtinctio ex*  
*his, quæ Bart. in d. §. si quis rogatus num.*  
*1. Costa d. num. 40.*

5 Pro qua opinione, & receptori  
sententia pugnat text. in d. l. ult. ff. de  
jur. de liber, ibi: *Quare eo loco verū filium*  
*accipi oportet: quæ verba ſatis ostendunt*  
*filium naturalem non esse verū filium,*  
*de quo testator in dubio ſenserit: & ibi:*  
*Si tamē testatorem de hoc filio loquutum eſ-*  
*ſe appareat: ut advertit Costa in d. §. &*  
*quid si tantum part. 5. num. 58. & 74.*  
*Cald.*

Cald. Perelra de nomin. quæst. 19. num. 16. & quæst. 20. num. 13. Conan. lib. 10. cap. 1. num. 7. Ibi nāque proponebatur, quod pater filium suum unicum libertinum pupillarem hæredem instituis- set, ex quo satis cōstat de ipso loquutum fuisse, dum dixit, si mihi filius nullus erit: referuntur ergo illa ultima verba ad generalem rationem Trebatij ibi: *Quia filijs, &c* dum enim docuit appella- tione filij libertinū quoque contine- ri. Jabolenus intelligit hoc verū esse, & filij appellatione libertinum etiam con- tineri, si appareat testatorem de hoc fi- lio loquutum esse, prout apparebat in specie illius textūs: ex quo patet, si ad- vertamus responsa Jurisconsultorum, quæ dicunt naturales in proposito ex- cludere substitutos, procedere ubi pro illis adest aliqua voluntatis conjectura: ex quo fit, ut regula potius negativè constituenda sit, ut naturalis in dubio non excludat substitutum Costa in §. & quid si tantūm 5. part. num. 7. & in d. cap. si pater, verbo si absque liberis à num. 34. Padilla in l. cùm acutissimi, num. 31. C. de fideicom. Molin. lib. 3. cap. 3. à num. 41.

6 Qua regula sic negativè con- cepta, confunditur intellectus Corras. lib. 1. miscel. cap. 7. num. 4. dum sentit Papinianum affirmativè respondisse in d. §. volo, ut naturales faciant deficere conditionem: à qua sententia discedit Ulpian. in d. §. si quis rogatus, dum dicit voluntatis esse quæstionem: pro qua opinione urgent illa verba, mihi autem, &c. quæ propter adversativam autem, significare videntur aliquid diversum. Quia verius est hæc responsa sibi non adversari, quinimo inter se convenire: Papinianus enim in d. §. volo non dixit simpliciter per libertini, & liberti exis- tentiam conditionem evanescere, sed caute adjecit, id fieri ex voluntate de- functi: quod quidem ipsum Ulpianus in d. §. si quis afferit: nec ad rem facit illa adversativa, mihi autem, siquidem refellitur argumentum, si considere- mus, quod in d. volo non in dubio, sed

ex conjectura voluntatis naturalis ex- clusit substitutum: conjectura verò de- prehenditur ex eo, quod naturalis ille erat notus testatori, qui eundem jam notaverat, & manumiserat cum patre, ac de illo mentionem fecerat arg. l. qui filiabus 17. ff. de leg. 1. cum traditis per Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 50. ita explicat Bart. ind. §. si quis num. 2. ubi Alex. num. 6. Ripa 17. Decius in cap. in præsentia num. 39. Socin. in l. cū avus num. 35. Costa d. num. 7. & verbo si absq; liberis num. 41. Caldas Pereira d. quæst. 20. num. 10. Sciebat enim tes- tator libertos, quos ibi gravavit, filios tantūm habere naturales in servitute conceptos, & consequenter de illis in- tellexisse videtur; arg. l. pen. vers. sed si ff. de usu, & habitat. advertit Corras. ubi supra num. 6. Nec pariter obstat, quod in d. §. si quis videtur Jurisconsul- tus regulam affirmativè constituere, scilicet quod naturalis excludat substi- tutum, nisi testatoris dignitas aliud sua- deat. Respondetur enim cū Costa d. 5. part. num. 79. & verbo si absq; num. 42. Caldas Pereira d. quæst. 20. num. 33. Nec similiter obstat l. Lucius §. ultim. quia procedit etiam ex conjectura vo- luntatis, quæ ibi colligitur ex eo quod testator sciebat extare naturales, quorū in ipso testamento meminerat, eosdem que honoraverat, & manumiserat: ad- vertit Corras. ubi supra num. 7. Cald. Pereira d. quæst. 20. n. 9. Sicque ex pari voluntatis conjectura procedit d. l. hæ- redibus 77. quia pater ibi filiam furio- sam vivens matrimonio collocaverat: unde cùm sciret matrimonij nullitatem, l. patre ff. de his qui sunt sui cap. dilec- tus de sponsal. certò sciebat filios ex illa legitimos nasci non posse, Costa d. 5. part. num. 62. & verbo si absque num. 34. Bart. & Alex. num. 10. ind. l. hære- dibus, Ripa num. 118. ind. §. si quis, Decius 43. idem Costa d. verbo si absq; num. 39.

7 Unde non obstat Ordin. lib. 4. tit. 36. §. 4. quæ naturalem etiam ex equite in hoc Regno admitit: ad em- phyteu-

pyteusim, ut censeatur nominatus à patre, qui sine nominatione decepit: quia respondetur, quod illa Ordinatio procedit in emphyteusi liberæ nominationis, ad quam pater poterat nominare quem vellet libere post se: patet ex §. 2. *E finando-se*: qui agit de emphyteusi concessa, cùm libera facultate eligendi post se secundam personam: ex quo fit, quod non possit habere locum in emphyteusi de pacto, & providentia, seu pro se, & liberis, tunc enim non potest admitti naturalis, quia verba non convenient, & recurrendum est ad jus commune, secundum quod verba proprie intelligenda sunt de legitimis liberis: dixit Menes. in l. cùm acutissimi, num. 33. C. de fideicomm. Clarus in §. emphyteusis quæst. 30. Caldas Pereira de nomin. quæst. 19. num. 8. & quæst. 21. num. 30. ubi etiam excludit legitimatos. Ex quo patet dictam decisionem legis Regiae extendi non posse ad majoratus electivos, concessa electione inter liberos, quia ibi non datur libera nominatio, sed restricta ad filios, & semper intelligitur de legitimis, & habilibus arg. l. Lucius Titius ff. de leg. 2.

8 Si autem electio ad cappellam, vel maioratum concessa sit pediti in hoc Regno cum iudicio dubitari potest: An naturalis eo casu nominari possit, ita ut ab intestato decedente illo, cui nominandi facultas concessa est, filius naturalis censeatur nominatus, cùm de jure Regio lib. 4. tit. 92. cautum sit, ut peditum filij una cum legitimis succedant, & admittantur? Nulla inter eos, & legitimos constituta differentia, cùm eos Gama ad emphyteusim Ecclesiasticam admittat, quæ non nisi legitimis pater, Gama decis. 2. num. 6. in fin. & collationem cū legitimis ad illos competere dixit Valasc. de partition. cap. 12. num. 49. & an rumpant Valasc. cons. 94. Thomas, Valasc. alleg. 6. num. 26. plura per Cabed. decis. 100. & arest. 88.

9 Quare eo casu concessa electio ne in maioria, vel decedente patre sine nominatione, filium naturalem se-

niorem præferendum legitimis existimare, quasi à lege nominatum: ad quod conduceit elegans argumentum, quod deducitur ex intellectu gloss. 2. in d. §. si quis, ubi Bart. num. 2. Ripa 6. & dicit communem Costa ubi supra num. 36. Mantic. d. tit. 11. num. 2. Ubi inquiunt, quod naturalis filius in servitute, & figura matrimonij suscepitus facit deficere conditionem, si sine liberis, quia is manumissus patri succedit, tanquam filius legitimus, juxta quem sensum explicant text. in d. l. Lucius §. ult. & in l. fin. ff. de jure delib. & faciūt verba text. in d. §. ult. ibi: Creditur naturalis: id est in servitute conceptus: ubi notavit gloss. ult. Et licet hæc explicatio confundatur, quia nullibi legitimus naturales filios in servitute susceptos in figura matrimonij tanquam legitimos tempore Jurisconsultorum parentibus succedere: cùm imo contrarium colligatur ex d. l. ex libera iuxta intellectū Pauli & Fulgosij ibi: pro quibus est text. in l. 3. C. solut. matrim. & clarius constat ex princip. Instit. de servil. cognat. dum Justinianus ibi jus novum constituit: patet ibi nostra constitutio, & intendit text. in Auth. ut liberti de cætero in §. si quis: deinde quia si ustra in d. §. volo in libertino expenderet Jurisconsultus patris voluntatem, si ille ex eo, quod susceptus est in figura matrimonij, patri succederet: licet, inquam, hæc opinio ex suppositis confundatur, tamen conduceit ad casum, dum communis naturalem à legitimis non differre testatur, conceptum in figura matrimonij: prout de jure Regio naturales inter plebeos cum legitimis succedunt, & ut pariter & nominati censeantur à patre, qui eligendi habebat facultatem unum de filijs. Sicut aliás filium naturalem nominari posse dicemus, quoties hæc conditio ad Clericum dirigatur, qui legitimos filios procreare non potest: sicq; consuluit Bald. cons. 373. num. 7. lib. 1. quem citat Mantic. ubi supra num. 22. Angel. in l. si quis post hos ff. de liber. & posthum. Corras. ubi supra num. 6.

Quod

## DECISIO

Quod si in Sacris constitutus sit , ne dicamus vocatos spurious filios , & sacrilegos , prout repellendos dixit Bart. in d. l. hæredibus in fin. num. 4. Alex. d. §. si quis, num. 6. Ripa 18. Abb. in cap. in præsentia , num. 15. Decius 38. de probation. Caldas Pereira d. quæst. 20. num. 23. debet talis conditio intelligi de adoptivis: observat Bald. cum Paulo in d. l. si quis posthumos, Hypol. in l. i. §. si servus, num. 5. ff. de quæstion. & in Rubr. de fidejuss. num. 197. Mantic. ubi supra num. 32. Corras. ubi supra per text. in l. fin. vers. Ex bonis, ff. de bon. damnator. licet contradicat D. pater meus ubi su-

## XIV.

71

pra num. 34. nec adversatur l. fideicommissum 75. ff. de condit. & demonstrat. & l. si ita 53. §. 1. ff. de leg. 1. Quia respondeatur regulam illam limitari ex voluntate defuncti sub intellectu , quando conditionem adjicit illi , quia alios præter adoptivos filios habere non potest: juvant quæ tradit Costa d. 5. part. n. 55. & d. verbo si absque liberis , num. 48. Multæ aliæ conjecturæ in materia ultra Costam. Mantic. d. tit. 9. num. 5. vindicandæ per Tiraq. de nobilit. cap. 24. num. 13. & in l. i. connub. a num. 45. Gamma decis. 167. plura per Molin. d. lib. 3. cap. 3. num. 30.

## S U M M A R I A.



**N** replica mutari, seu variari potest actio in libello proposita, & quomodo? num. 1.

*Replica est pars libelli, quomodo accipiendo sit?* ibi.

*Ex læsione enormissima an detur actio contraterium possessorem?* num. 2.

*Contra tertium agitur in subsidium, quando primus emptor solvendo non est.* ibi.

*Primus, & tertius emptor debet uno, eodemque processu conveniri.* ibi. *Si- cut & dominus directus, quando extraneo renovavit emphyteusim.*

*Actio de dolo est personalis.* num. 3.

*Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 13. §. fin.*

*Data læsione enormissima, nunquam domini abfuisse censetur.* ibi.

*Jus retrahendi concessum proximiiori*

*datur contra tertium possessorem.* ibi.  
*Rem alienatam à patre in unum ex filiis in præjudicium aliorum nunquam abfuisse à patrimonio parentis lex finit.* num. 4.

*Probata læsione enormissima contractus à principio resolvitur.* ibi.

*Improbata Innocentij doctrina, quod eo casu datur officium judicis.* num. 5.

*Pactum de retrovendendo producit actionem contra tertium.* num. 6.

*Explicatur doctrina Alexandri.* ibi.

*In læsione enormi agitur ex personali contra emptorem, non contra tertium.* num. 7.

*Tertius, qui emit bona fide, præscribere potest.* num. 8.

*De jure noviori qui habet auctorem malæ fidei non minori spatio, quam 30. annorum præscribit.* num. 10.

## DECISIO XI.

*Si ex læsione enormissima agi possit contra tertium, & ulteriores possessores possidentes ex titulo oneroſo, & quando?* Ad Ordin. lib. 4. tit. 13. §. fin.

**V**endito oliveto , quod pretium 40 mille numerorum ascendebat,

pro 13. mille numinis , agebat Joannes Bispo contra hæredes Didaci Velho ex enor-

enormissima læsione: & licet in libello reivendicationem simplicem intentasset, postea in replica addidit causas nullitatis, & quia per plures manus post primam venditionem, in qua dicta læsio incidit, olivetum transierat, ultimus possessor conventus medios emptores laudavit, & specialiter quandam Mariam de Oliveira, à qua ultimus possessor causam habebat, & per longum tempus se possedisse testabatur, de duobus controvetebatur in hoc processu. Primum: an posset actor in replica mutare actionem? Secundum: an contra tertium possessorem agi posset reivendicatione praetextu dictæ læsionis deductæ? A quo dependet alia quæstio: An hic tercius præscribere possit, & quo tempore?

1. Et quoad primum, non sine lite est, an in replica mutari prioris actioni forma possit, obstante regulâ l. edita C. de edend. secundum gloss. Bart. & omnes ibi, Auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex: ubi post litem contestatam nulla sit actionis variatio, Capella Tholos. 469. Afflct. feudor. lib. 2. tit. de controv. inter Episcop. & vasfall. num. 6. idem decis. 60. latè disputat Pinel in l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. cap. 1. à num. 24. Ubi num. 25. respondet illud, quod dici solet, replicationem esse partem libelli, & solum procedere, quando talis replicatio non sit contraria ipsi libello: & quod etiam si repugnet, admittenda sit, tenuit Curtius in l. Interpositas, C. de transaction. num. 13. Ubi tenet, quod per viam replicæ potest opponi nullitas, licet in libello sit actum ad rescindendum contractum: facit l. sive apud C. de transaction. ubi simpliciter suscitatur antiqua actio, & reo opponente de transactione, admittitur doli replicatio, quæ diversa est ab actione proposita. Quod quidem in hoc Regno sine dubio admittendum est, teste Valasc. de jur. emphyt. quæst. 6. à num. 16. Qui testatur praxim observare etiam super non deductis in libello, si tamen in actis probentur posse

sententiam ferri, cùm lege Regia certum sit, ut sententiam ex comperta veritate ferri possit, Ordin. lib. 3. tit. 63. pungit Pinel. ubi supra num. 16. citato Aymon. conf. 210. Afflct. in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 8. num. 49. Avend. 1. respons. Maranta in praxi 4. part. 16. distinct. De quo eleganter Guillielm. verbo si absque liberis, tit. de fideicommiss. substitut. num. 49. ad fin. Ubi refert legem Franciæ à Philippo Pulchro latam anno 1303. cap. 8. & 9. & in Curia Delphinatus Guido quæst. 369. Ex quibus deducta in replica praxis admittit, ut facilius litibus finis imponatur, Gama decis. 330. num. 2. Ubi multis comprobatur, & refert judicatum.

2. In secunda quæstione, circa læsionem enormissimam, an ex illa detur actio contra tertium, vel ulteriorem rei possessorem? Non levis est quæstio: nam ex læsione in contractu incidenti sola personalis actio competit, quæ ad tertium possessorem non porrigitur, l. fin. §. fin. ff. contrah. empt. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. l. dolus, C. de rescind. prosequitur latè Covar. lib. 2. variar. cap. 3. num. 10. Pinel in l. 2. 2. part. cap. 1. à n. 30. & seqq. Gama decis. 21. num. 2. ubi bona additio: sequitur Alex. conf. 92. vol. 1. num. 8. cuius etiam meminit Fabianus de emptione vol. 1. tractatum fol. mihi 132. num. 13. Menes. in d. l. 2. num. 39. Gomes 2. tom. de contractib. cap. 2. num. 22. Tiraq. d. l. si unquam verbo revertatur, num. 327. Matienço in l. 1. gloss. 8. num. 24. tit. 11. lib. 5. Sforzia in tract. de restitutione, 1. part. art. 30. quæst. 17. Valdes in suis addition. ad Xuarem, alleg. 21. num. 4. Craveta conf. 12. vol. 1. per tot. Decius in l. qui in jus 137. num. 3. ff. de reg. jur. pro qua opinione pondero text. in l. cum precibus, C. de rerum permuat. Ubi resoluto contractu permutationis, non potest agi contra tertium possessorem: de quo meminit Decius conf. 187. num. 1. Nec obstat, quod ponderat Costa in l. Gal. lus, §. & quid si tantum 1. part. num. 64. quod hæc actio est in rem scripta, ac proin-

proinde potest intentari contra tertium possessorem : illud enim procedit in subsidium, quando scilicet primus emptor solvendo non sit, vel titulo lucrativo res ad secundum emptorem transierit etiam ignorantem, ex l. qui autem §. simili quoque modo, ss. quæ in fraud. nec utrumque copulative requiri pugnat Gama d. decis. 21. à num. 1. contra Pinel. ubi supra num. 31. qui utrumque copulative requirit, quod titulo lucrativo res transierit, & primus non sit solvendo: licet num. 32. teneat tertium bona fide ementem, vel ex titulo donationis bona fide possidentem non teneri omnino. His tamen casibus semper in principali debitore prius facienda est executio ; licet Gama illam non requirat : in quo illum contra cōmunem locutum dicit Flores in addit. ad d. decis. 21. ad fin. testaturque praxi receptū, ut primus, & tertius emptor in uno, eodemq; processu convenientur. Quæ utilis est observatio ex Decio cons. 187. à num. 2. ut in domino directe convento ex personali actione pro renovatione emphyteusis, qui citari debet simul, & cum tertio possessore, ut utriusque jus una sententia concludatur : sic intelligendus Cald. Pereira de renovat. quæst. 7. num. 26. & 33. sine novo processu.

3 Si autem ex dolo agere intendamus, actio de dolo est personalis d. l. dolus, C. de rescind. vend. ubi gloss. verbo rei vindicatio, eam extendit ad venditionem nullam, ut nō detur actio cōtra tertium: sequitur Alex. cons. 92. lib. 1. n. 7.

Verum Senatus censuit ex lēsione enormissima agi posse rei vindicatio ne etiam contra tertium possessore: cuius assertionis fundamentum est, quod in enormissima lēsione consideratur dolus l. si superstite C. de dolo, cuius interventu cōtractus à principio corruit, & perpetuo res vēdita peti potest, Gama decis. 66. n. 3. & decis. 95. n. 3. & decis. 193. & 266. qui dolus nō purgatur etiam judicis autoritate, prout in publica sub hastatione Gama decis. 198. & 291. & 232. & 267. Valasc. cōs. 130. a. 22. Parla-

dor. lib. 2. cap. fin. n. 16. Adeo ut res ipa præcise tradi debeat Ordin. lib. 4. tit. 13. in fine, ibi: *Restituir se ha a causa precijamente*: & notanda sunt illa verba, quibus lex Regia rem præcise domino restituendam dicit, supponens agi posse via restitutionis ad rem consequendā: quæ restitutio cōtra tertios possessores attēto jure competit, ut rem recuperet, & fructus ipsius ab indebita occupatione, Valasc. cōs. 43. n. 5. & cōs. 39. n. 57. Xuar. alleg. 21. ad fin. Covat. lib. 1. resolut. cap. 5. n. 7. Sicq; supponendū hoc casu nunquā ab alienante dominiū exiisse, atque ideo tertie emptori acquiri nō potuisse: sequitur Saison in consuet. Turon. tit. de retract. art. 5. col. 3. Ubi ait, quod jus retrahendi concessum proximioribus de familia datur contra tertium possessorem, quia jus reale est: advertit Alex. cons. 92. lib. 1. Ubi dicit ad jura contraria, quod procedunt ex eo, quod in illis datur sola actio personalis: quod etiam adnotavit Tiraq. d. verbo revertatur n. 269. inferens secus esse in casu d. 1. si unquam, in quo nativitate filiorum dominium rei donatæ ipso jure revertitur ad donantem, quasi sub eo onere alienata fuerit: quod quidem onus reale est, & rem sequitur, quo cumque vadat, nisi præscripta sit, ut infra dieam. Faciunt quæ eleganter Barbatia in Clem. 1. col. 8. de electione, ubi agens de partitionibus ait, quod si contingat annullari, bona iterum in communio nem deducuntur, licet existat apud tertium possessorem: facit l. fin. C. commun. de legat. l. creditor C. de donation. inter virum, l. si ex pretio C. si cert. petat. l. 2. C. commun. dividundo, l. divus ff. pet. hæred. quæ conducunt ad Ordinationem lib. 4. tit. 96. §. 19. quæ non permittit partitiones semel factas annullari: datis tamen maximis erroribus annullari posse dicit Valasc. de partition. cap. 39. num. 75. & 77.

4 Conducit etiā ad intellectū Ordin. lib. 4. tit. 22. in fin. ubi rē à patre in filiū alienatam sine solēnitatibus illius legis, fingit lex rē in hæreditate defuncti esse,

} G

quasi

quasi nunquam ab illa exierit, ut inter hæredes dividatur: in quo eleganter tertium possessorem ipsius, tertium non esse decernit, quoniam fingit dominiū nunquam ab alienante exiſſe. Nec obſtabit, si quis dicat Ordinationem procedere, si res apud filium, in quem alienata fuit, reperiatur, ſecus vero, ſi penes extraneum, ut in Ordin. lib. 4. tit. 96. in fine princip. ibi: *Se os aīda tiver, tiralosha*: quia hæc Ordinatio procedit in acquisitis titulo habili à principio; non vero titulo reprobato, & nullo, prout iſte eſt, de quo agimus. Et ideo niſ mirū, ſi non ſit tutus ex illo tertius poffessor, cuius contractus refolvitur probata læſione enormiflma à principio: quam rationem, ut contra tertium detur aetio, ponderat Decius d. conf. 187. num. 4. Pondero pro hac ſententia dictum Innocentij in cap. dilecti de maior. & in cap. bonæ de appellat. ubi firmat faltem officium judicis dari contra tertium poffeforem, ne locupleteatur cum jactura aliena: quod etiam amplectitur Cynus in d. 1. dolus C. de refcind. ubi limitat textum illum, quādo ageretur officio judicis per l. in cauſæ ff. de minor. Ripa in l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebell. num. 23.

*Quam tamen doctrinam non probo, cum videam ex Alex. d. conf. 92. n. 6. Innocentium agere, quando tertius rem occupat ſine cauſa, vel appellatio- ne pendente; tunc enim æquitas suadet, ut officium judicis detur: nos vero agimus, ubi non deficit aetio, prout com- probatur ea l. fin. §. ſi mulier, ubi Alber. Paulus, & Salycet. ff. ad Velean. Boer. quæſt. 182. ante num. 33. ne fiat melioris conditionis tertius emptor, quam pri- mus: eleganter cōprobat Ordin. Regia lib. 3. tit. 86. §. 4. Ubi ſemel readdicta, ſi poſtea contingat ſententiam annullari, vel revocari, rem ipsam restituendam dicit primo domino, ibi: *Sejao tornaos a cujos erão, &c.* quæ reſtitutio cum ſit iuſtitiae, operatur contra tertium poffef- forem: in quo ſenſu etiam accipi de- bet Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 54. ubi contra*

quemcumque poffefforem agi potest, ut res capellæ restituantur.

6 Ultimo facit: quia ſicut pactum de retro vendendo producit actionem cōtra tertium, ut per Beroi. quæſt. 182. à num. 16. ſic à maiori in noſtro caſu, debilius enim juſ habet, qui dolo, & ma- la fide emit, tradit Tiraq. in proæmio de retract. cōvētio. num. 4. Neq; aliud probat Alex. lib. 1. conf. 10. quem ſequi- tur Curtius Senior conf. 12. & dicit cō- munem Afflīct. lib. 3. constitution. fol. 77. num. 17. Iaf. in l. ab emptione ff. de paet. num. 8. quatenus tenent paetum de retro non nocere tertio poffessori, quoniam procedit Alex. quando illud paetum fuit appofitum ex intervallo; tunc enim ſolum inducit personalem obligationem contra ementem, ut revē- dat; ideoq; tertiu emptorem non ligat. ita Cassaneus conf. 11. n. 61. & 64. pro quo facit Tiraq. de retract. convent. §. 1. gloss. 7. à num. 4. Cum igitur in præ- ſenti venditio ſit fraudulenta, per eam neq; dominium transiuit in emptorem, nec ipfe in aliū transfert, quod à prin- cipio non accepit, alias enim faciliſimo negotio illuderetur hæc aetio, transfe- rendo rem nulliter emptam in tertium poffeffore, ſi ab eo vendicari non poſſet.

7 Nec obſtant, quæ in principio adduxi, quia procedunt in læſione ul- tra dimidiā, in qua ex personali agē- dum eſt contra emptorem, etſi ipfe jam alienaverit, Pinel. d. cap. 1. num. 30. alias enim fraudaretur commodo ele- ctionis, quam habet ex l. 2. C. de ref- cind. Pinel. in d. cap. 1. num. 29. Gomes de contract. cap. 2. fol. 11. col 3. Sic ex- ploditur Garciae ſenſus de expenſis cap. 18. num. 21. verſ. Quod ſi, dum ſentit in- ter læſionem enormiſſimam, & enor- mem nullam eſſe diſſerentiam.

8 Circa ultimam hujus quæſtio- nis partem, quæ præſcriptionem reſpi- cit: An tertius habens cauſam ab eo, qui mediante enormiſſima læſione acquiſi- vit, præſcribere poſſit? Sine dubio eſt, quod ſi mala fides abſit, præſcriptio procedit, cum uſucapiendi conditio transfe-

transferatur ex emptione procedente à non domino, l. 1. ff. de public. in rem action. is enim tertius facilius bona fidei possessor præsumitur, ex reg. cap. cura de jure patron. ibi: *Eorum successores ignorant, &c.* facit l. bona fidei ff. de acq. rerum domin. ibi: *Ab eoque postea alienata bona fidei emptori, &c.* late prosequitur Pinel. in l. 2. 2. part. cap. 4. à num. 38. quæ bona fides semper in dubio præsumitur l. fin. C. de eviction. & illa stante tempore ordinario præscribi poterit l. unica C. de usucap. trans. princ. Institu. de usucaption. l. 1. & 2. C. si adversus creditor. facit l. ult. C. unde vi, cuius meminit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 14. & l. 3. C. de his quæ vi, quæ permittit præscriptionem rei per vim compulsivam possessæ, cuius meminit Pinel. in Auth. nisi à num. 36. sequitur gloss. 3. l. 10. tit. 26. part. 4. ad fin. Cabed. decis. 160. 1. part. quia licet in contractu nullo, & per dolum gesto, prout est ille, in quo intercedit læsio enormissima, actio de dolo duret per 30. annos, tamen illud procedit, quando alias illa res non sit præscripta, text. in l. captum 9. C. de captiv. & postlimin. revers. Ubi licet filius intra 30. annos ad hæreditatem admittatur, tamen illud intelligitur, nisi res hæreditariæ sint præscriptæ, Bald. 2. part. 4. principal. quæst. 19. num. 7. Cabed. 1. part. decis. 160. à princ.

9 Unde cum in casu præsenti constaret singularem successorem esse in possessione illius oliveti per plures quam decem annos, obtinuit ipsum tandem fore, cum esset quartus emptor, qui non immediate à primo malæ fidei emptore causam habebat, qui facilis ad præscribendum admittitur, ex Pinel. in d. l. 2. cap. 4. num. 38. citato Molin. in consuet. Paris. §. 22.. num. 54. & in Auth. nisi num. 35. Balb. 2. part. 3. principal. quæst. 12. num. 7. ad fin.

10 Objiciebam tamen, quod licet ut tertius præscribat rem dolo emptam, & quam mala fide possidebat venditor, attento jure antiquo sufficeret

longi temporis cursus, tamen attento noviori jure bona fides non sufficit, ut minori spatio, quam 30. annorum præscriptio procedat, saltem quando rei dominus alienationem ignoravit, ex Auth. malæ fidei C. de præscriptione longi temp. Vnde hodie illa regula, quod tertius bona fide præscribit, limitari debet in primo emptore, qui immediaite successit, vel causam habet ab emptore malæ fidei; qui hic si non probetur dominum scivisse alienationem, tria ginta annorum indiget spatio, etiam si bona fide possideat: unde illa antiqui juris regula hodie solum in secundo, vel ulteriori emptore locum habebit, non in primo: ut cum Molin. & alijs ponderat Pinel. in d. l. 2. cap. 4. num. 38. & in Auth. nisi num. 35. Vnde licet in præsenti dicere possimus Reum esse secundum emptorē, in quo deficit prohibitiō dictæ Authenticæ malæ fidei, tit longo tempore præscribat, tamen non constabat ipsum à se incipiendo longo tempore possedisse, nisi uteretur accessione temporis primæ emptoris dictæ Mariæ da Sylveira; quod fieri non poterat, cum illa dictū olivetum minori quam 30. annorū spatio præscribere non posset. Insuper nec constabat de titulo emptionis, quo olivetum ad dictā Mariam da Sylveira pervenisset: ex quo fundamento nec ipsa potuit sine titulo præscribere minori quam 30. annorum spatio.

Quibus non obstantibus in favorem Rei prolata fuit sententia approbata longi temporis præscriptione. In alio processu Michaelis Fernandez contra Franciscum Ferreira eadem quæstio movebatur, in qua inferioris Curiæ Senatores censerant ex enormissima læsione non dari contra tertium rei vindicationem, & prætextu præscriptionis Reum absolvebant, quia primus emptor titulo donationis rem in aliud transmiserat, qui longo tempore possederat; sed quia aderant minores, contra quos ordinaria præscriptio non procedit ex reg. l. 3. C. quibus non objicitur l. fin. C. in quibus causis in G. 2 integre

integr. restit. &c. D. pater meus verbo  
fua facilitate, à num. 46. sententia re-

## SUMMARIA.



Ebitores chyrographa-  
rij sibi faciunt partes  
per concursum. n. 1.  
Facta solutione uni per  
gratificationem pro  
rata revocatur solutum. ibi.

Olim si legatarij instabant, non poterat  
hæres uni solvere, nisi accepta satis-  
factione quod solveret creditoribus  
postea venturis. ibi.

Quando plures concurrūt, melior est cō-  
ditio illius, qui præoccupavit. n. 2.

Præoccupasse dicitur, qui prius senten-  
tiam obtinuit, non qui litem con-  
testatus est. ibi.

Condemnatio aliquando fit *insolidus*,  
& aliquando non ita. ibi.

Explicata l. in judicati ff. de re judic.  
Explicata l. inter eos eod. tit. ibi.

Præoccupatio habet locum inter credi-  
tores ex eadem causa. n. 3.

Eadem causa tribus modis dicitur, in  
genere, in specie, & in individuo. ibi.

Occupantis fit melior conditio, quando  
omnibus in solidum jus cōpetit, non  
vero quando pro parte, prout inter  
cohæredes. ibi.

Prælatio etiam aliquādo sine ulla litis  
contestatione dari potest. ibi.

Quando ex eodem actu pluribus com-  
petit actio in solidum, sufficit litis  
contestatio. n. 4.

Si creditores ex diversis causis cōcur-  
runt, ille præfertur, qui ad execu-  
tionem accessit. n. 5.

De jure cōmuni si privilegiatus acce-  
debat ante perfectā extentionē, solu-  
tū revocabat; secus de jure Regio. n. 6.

## DECISIO XVI.

Inter duos creditores chyrographarios an sit locus prælationi, & quando?

Ad Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1.

**D**uo proponebantur chyrogra-  
pharij creditores, quibus tene-  
batur quædam Catharina Al-  
varez Bengaleira oppidi de Faro Reg-  
ni Algarbiorum, & posterior ex his  
sententiam prius reportavit, eamq; exe-  
quebatur: cuius executioni se obtulit  
secundus creditor, seque præferendum  
in bonis debitoris asserebat, ea de causa,  
quia ipse prior erat tempore in debito:  
deinde quia tempore executionis pro-  
testatus est, ne sibi ex tali executione  
præjudiciū pararetur, quia ipse insuda-  
bat in inquirendo, an alia suppeterent  
debitoris bona, in quibus sibi solvi pos-

set, quæ si non reperirentur, sibi prius  
ex illis ijsdem, in quibus siebat exe-  
cutio, solvendū fore. Iudex in favorem  
Actoris sententiam protulit, quæ cum  
delata esset ad Senatū, D. Doctor Dida-  
cus de Brito eam pluribus fundamen-  
tis confirmandam duxit: quia tamen res  
quotidiana est, & passim in nostras ma-  
nus incidit, articulum in tres partes di-  
videndum duxi. Primo: An inter credi-  
tores chyrographarios, quando uni per  
gratificationē solvitur, considerari pos-  
sit aliqua prælatio? Secundo: An inter  
se præferendi sint ratione præoccupa-  
tionis, & sententia? Tertio: Quomodo  
præ-

præferatur inter se ratione executionis?

1. Et breviter unumquodque ex his perstringens noto, quod creditores chyrographarij in debito sibi faciunt partes per concussum, sitque unicuique solutio pro rata l. procuratori §. si plures ff. de tributor. Stracha tit. de decoritorib. ult. part. num. 16. Matienç. ad l. 7. tit. 16. gloss. 5. num. 15. lib. 5. Valasc. cōf. 87. num. 6. Unde si uni debitor solvat per gratificationem, pro rata revocabitur l. pupillus, ubi gloss. verbo per gratificationem ff. quæ in fraud. l. si non expedierit §. l. ff. de bon. auth. judic. possid. Dynas in reg. qui prior de reg. jur. lib. 6. n. 23. Quod tamen ita accipi oportet, quando creditores instant, nam si nemo urget, tunc eit gratificationi locus, & potest (dummodo absit dolus) vero creditori solvi, nec revocabitur à pari creditore, l. summa 21. §. sed si alij ff. de pecul. l. 9. tit. 15. part. 5. ubi Gregor. in gloss. 2. Matienç. d. l. 7. tit. 16. gloss. 5. n. 15. lib. 5. Cabed. decis. 131. 1. part. num. 4. Gutierr. lib. 5. pract. cap. 100. num. 7. Si autē fiat judicis authoritate solutio, semper rata habetur, l. qui autē §. apud Labeonem ff. quæ in fraudem: & ille præfertur, sicut hodie hæres confessio inventario soluit creditoribus - per l. ult. §. et si præfatam, C. de jure deliber. Valasc. cons. 52. num. 38. licet olim, quando legatarij intabant illis solvere, non posset, nisi accepta satisfatione, quod restituerent creditoribus postea venturis suam partem; alias enim solventi imputabatur, quasi in dolo fuislet l. dolo ff. ad l. Falcid. Subjungit tamen Valasc. ubi supra, quod si hæres sciat alios creditores potiores, tenetur illos expectare, & licet conveniatur, adhuc potest excipere de jure alterius creditoris privilegiati, ne fiat condemnatio in bonis necessarijs ad illis solvendum, l. 3. ff. quod cum eo l. ex facto §. fin. ff. de pecul. Iaf. in d. l. inter eos, num. 7. ff. de re judic.

2. Secundo vero casu quando fiat debiti præoccupatio ab altero ex creditoribus, illud noto, quod quando plu-

res concurrent ad petendum, melior est conditio illius, qui præoccupavit, id est illius, qui primo sententiam obtinuit; is enim solus dicitur præoccupasse, non vero qui prius item contestatus est l. si vero 11. ff. de pecul. l. si quis à multis 14. ff. de noxalib. gloss. 2. in l. inter eos ff. de re judic. communiter recepta, Matienç. ubi supra num. 15. Bart. in l. sunt qui num. 4. ff. eod. Alex. 8. Obstat tamē l. in judicati 61. ff. de re jud. ubi sententiæ, sed nō executionis habetur ratio, & l. si pluribus 33. ff. de legat. 1. l. ex duobus 16. ff. de duobus reis: ubi ad præoccupationem sufficit litis contestatio: solutio est, quod condemnatio aliquando fit in genere, & in solidum non habito respectu ad bona debitoris; aliquando vero non in solidum, sed restricta ad quantitatem bonorum debitoris. Primo casu procedit l. in judicati, ut tempus executionis attendatur; in secundo vero tempus sententiæ: sicque procedit text. in l. inter eos ff. de re judic. l. si vero 11. ff. de pecul. Cujus rei est ratio: quia hoc secundo casu facta condemnatione, jam videtur abesse à bonis debitoris illud, in quo condemnatio facta extitit, quia sententia habet suam executionem paratam, l. post rem, ff. de re jud. Cumque illa bona de proximo fiat separanda, habentur pro separatis, arg. l. pen. ff. de milit. testam. & quæ Decius in l. non videtur 51. num. 1. ff. de reg. jur. Vnde fit, quod si postea secunda sententia feratur contra eundem debitorem, qui non in solidum tenetur, sed respectu bonorum, quæ possidet, debet intelligi, ut deducta quantitate prioris sententiæ, in reliquis bonis fiat execu-  
tio, l. si quis à multis 14. ad fin. ff. de noxalib. & si fiat aliter, retractari possit, quasi indebite facta, argum. l. debitores ff. de condit. indeb.

3. Quæ tamen omnia accipi oportet, quando creditores prior, & posterior ex eadem causa creditores sint: probat d. l. inter eos, ibi: Ex eadem cau-  
sa: quod tribus modis potest accipi, ex eadem causa in genere, prout ex causa

crediti, ut accepit gloss. ibi : vel ex eadē causa in specie , veluti ex deposito , vel venditione : vel de eadem causa in individuo , ut quia ex uno contractu pluribus competit actio ad eandem rem : & in hoc ultimo casu limitatur reg. d.l. inter eos , quia fit præoccupatio per litis contestationem, d.l. ex duobus 16. ff. de duabus reis, Valasc. conf. 143. à num. 1. Quando tamen omnibus actio competit in solidum , non vero si pro parte , prout inter cohæredes ; quia tunc non fiet melior conditio occupantis , sed omnes æqualiter admittentur , l. verum 64. §. si cum tres ff. pro socio, l. item Labeo 23. in princip. ff. fam. hercisc. Veluti quando unus creditor mittitur in possessionem ex primo decreto; nam tunc omnes concurrunt, quia in pignore prætorio non procedit d. reg. qui prior, l. si finita §. si plures ff. damn. infecto, l. prætor ait §. de eo, eod. tit. l. fin. C. de bonis auth. jud. poss. Quod procedit , quando sunt creditores ex eodē titulo, veluti contractu, testamento , & simili, non ex diverso. Sicut è converso sine ulla contestatione potest dari prælatio , veluti si ex diversis causis creditores instent. Cum debitor habuerit plures tabernas diversis locis , alteram ~~vini~~ alteram olei , creditores unius negotiationis præferentur alijs alterius negotiationis , licet inter se æqualiter admittendi sint, l. plane §. si plures ff. de publican. Gregor. l. 11. tit. 14. gloss. 4. part. 5. licet repugnet Cuman. in l. privilegia ff. de privil. creditor. num. 10. Sicut alias creditores ex onerosa causa semper præferentur his , qui ex lucrativa, l. ult. §. et si C. de jure deliber. Zevall. practic. quæst. 103. num. 30. Peregrin. de fideicom. art. 4. num. 6. Sicut præferendi hi, qui contraxerunt , antequam debitor fraudem , vel decoctionem cogitasset his , qui scienter contraxerunt post fraudem, l. ait prætor. 10. ff. de privil. credit.

4 Unde regula est , quod quando ex eodem actu pluribus competit actio in solidum , ad præoccupandum suffi-

ciat litis contestatio : si autem competentia actiones diversæ ex diversis causis , tunc si cōdemnatio non fit in solidum , sed cum restrictione ad bona , quæ debitor possidet , tunc ad præoccupationem requiritur sententia ; si vero sententia sit generalis , tunc necessaria sit executio, d. l. in judicati, l. pupillus ff. quæ in fraud. creditor.

5 Tertio tandem casu ab ijsdem regulis decisio petenda est, ut verum sit, quod si creditores ex diversis causis concurrant , ille præferatur, qui ad executionem sententiæ accessit , etiam quando sententia sit generalis , d. l. in judicati : Adeo ut de jure Regio creditor non privilegiatus , qui prius sententiam exequitur , præferendus sit ei , qui actionem realem habeat , vel hypothecariam, ex Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. ibi: E ainda que pertenda ter aução real : Barbosa in l. si constante , num. 63. in fine , & 6. part. l. 1. num. 18. & 24. ff. solut. matrimon.

6 Licet enim attento jure communni si privilegiatus supervenisset ante perfectam executionem , vel etiam jam perfecta admitteretur , ut revocet solutionem alteri non privilegiato , vel non pariter privilegiato factam , per l. pecunia C. de privil. fisci : quæ licet loquatur in fisco , tamen ex gloss. ibi idem recipitur in quocumque privilegiato creditore: tenet etiam gloss. in l. differre §. fin. ff. de jur. fisc. gloss. 2. in l. privilegia ff. privil. creditor. Ias. in d.l. inter eos, n. 7. Capic. decis. 78. num. 5. Covar. practic. cap. 29. Gregor. in l. 11. tit. 14. part. 5. verbo , que vence, Gutier. lib. 5. pract. cap. 100. num. 7. Tamen Regia Ordinatio distinguit inter eum, qui præsens fuit tempore executionis , & tacuit, & passus fuit rem creditori exequenti addici ; tunc enim propter negligentiam sibi præjudicat , l. pupillus ff. quæ in fraudem: quam distinctionem ponit l. pen. §. 1. ff. de except. rei judic. tradit Paulus insimili in l. si fidejussor ff. de fidejuss. §. si in solidum, Alex. in l. 4. §. condemnatum num. 17. ff. de re judic.

dic. Licet illa Ordinatio non infeliciter videatur restringenda ad actionem realē tantum, non ad privilegiatam, ibi: *Auçao real*: quæ verba privilegiatum creditorem non ligant: in quo diversa est ratio, l. ex facto in fin. ff. de vulgar. Bart. in l. sunt qui opes 4. ff. de re judic. Bald. in l. fin. num. 3. C. deposit. videndus Ripa in l. privilegia ff. de privil. cred. num. 64.

Ex quibus fontibus dicebam, quod in nostro casu erat præferendus posterior creditor, qui prius ad executionē sententiæ accessit, quem solum posset excludere attento jure communi prior creditor, quando actione reali agere posset, veluti hypothecaria; quia inter hos, qui prior est tempore, potior est jure, reg. qui prior de reg. jur. lib. 6. l. is cui §. postquam, l. 2. C. qui potiores. Quod quidem secus est in agentibus

actione personali, quorum jus non ex tempore metitur, sed ex causa, l. privilegia ff. de privil. cred. Cum ergo uterque ageret ex personali actione ex diversa causa non privilegiata, succedit d. Ordin. tit. 91. in §. 1. in princip. ut qui prior exequitur, præferatur reliquis creditoribus, quia per sententiam præoccupavit, vel per executionem juxta distinctionem suprapositam: sicque Senatus censuit. Quæ doctrina etiam in foro conscientiæ servanda est: ut sentiunt Sylv. verbo restitutio, quæst. 5. & 6. Navarr. in Summa cap. 17. num. 49. Valétiat om. 3. disput. 5. quæst. 6. punct. 10. Azor tom. 3. lib. 4. cap. 37. quæst. 6. ubi pro eadem refert Monald. Less. lib. 2. cap. 15. num. 39. & Sayro lib. 10. Clavis Regiæ cap. 7. num. 92. fuit Scriba Oliveira.

## SUMMARIA.

- 1 Idejussores qui tenetur dare, debet illos offerre in eadem provincia, non extra.
- 2 Acceptatis secundis fidejussoribus novata censetur prior obligatio fidejussoria, & extincta.
- 3 In novatione inducenda novandi animus requiritur, & quod partes ita exprimant. ibi.
- 4 Expenditur sententia gloss. in l. pen. ff. de prætor. stipul.
- 5 Si pro re judicata accipiuntur fidejussores, non manet novata prior obligatio.
- 6 Non debet sumi interpretatio in fraudem creditoris. ibi.
- 7 Licet hodie non detur novatio deducta ex præsumptionibus, non tamē tollitur illa, quæ ex consequentia contractus inducitur, vel ex contra-

- etu incompatibili resultat.
- 8 Novatio inducitur non respectu principalis obligationis, sed respectu fidejussoriae. ibi.
- 9 De obligatis confidejussoribus tertius non debet in antiqua obligatione manere.
- 10 Si creditor non cedat actiones, potest exceptione se moveri. ibi.
- 11 In obligatione multorum datur quædam individuitas, quæ separari non potest. ibi.
- 12 Si plures fidejussores intercedunt, singuli in solidum obligantur.
- 13 Divisio inter fidejussores quo jure inventa. ibi.
- 14 Fidejussores in solidum non gaudent beneficio divisionis.
- 15 Fidejussor antequam solvat, debet petere, ut sibi fiat cessio actionum.
- 16 In liberando uno ex fidejussoribus

## DECISIO XVII.

- ex parte creditoris non consideratur dolus.*
- 17 *In opia fidejussoris obligationē non perimit, sed inefficacem reddit.*
- 18 *Pactum speciale inter fidejussores fieri potest, ut inter se solvant pro*

*sua parte illi, qui in solidū solverit.*

19 *Fidejussori solventi non succurritur contra alios confidejussores. ibi.*

20 *De tutoribus ad fidejussores non debet fieri argumentum. ibi.*

## DECISIO XVII.

*An datis secundis fidejussoribus in locum priorū ad partis instantiam censeatur novata priorum fidejussorum obligatio, etiam quo ad unum ex prioribus, in cuius locum aliis datus non fuit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 59.*

**D**racta negotiatione, Emmanuel Mendez conveniebatur à Sixto d'Almeida, ut rationem redderet suæ administrationis, penteque judicio cum magnæ quantitatis pecuniæ debitor appareret, jussum est, ut fidejussores daret: tres exhibuit fidejussores de judicato in solidum solvendo. Postea è Regno excessit Siviliæ cōmoraturus: quo absente duo ex tribus fidejussoribus effecti sunt non solvendo, & carceribus ob alia debita mancipati: vulnerata sic causa, Actor à judge petiit, ut à Reo absente per literas requisitorias peterentur novi fidejussores loco deficientium, qui conditionem mutaverant, cui mandato si non paruisset, caperetur. Expeditæ fuerunt requisitoriae litteræ, quibus cavebatur, ut ipse personaliter compareret, fidejussionem antiquam renovaturus: deprecatus iudex non ad unguem observans formam literarum à Reo duos fidejussores in locum priorum assumpsit, quorum obligatio in actis præsentata fuit.

Cumque hoc tempore illi duo fidejussores è carcere liberati essent, à judge petierunt, ut eos à suæ fidejussionis vinculo solutos declararet: sive pariter tertius fidejussor eorum petiit, quod ipse se obligaverat cum suis fidejussoribus tantum, qui cum à sua obligatione liberati sint, ipse nullo mo-

do teneri poterat, cum illa prior obligatio communis novata quoad omnes censerit debeat. Atque insuper, quia inter ipsos celebrata fuerat reciproca obligatio, qua omnes adinvicem confidejubentes se adstrinxerunt, quæ hodie perempta est respectu novorum fidejussorum, cum quibus nihil actum est: & contra antiquos fidejussores facilis dabatur recursus, cum omnes in Regno habitassent, & licet hodie contra dictos novos fidejussores cessis actionibus prius competit actio pro his, quæ in solidum solverit propter difficiliorum excussionem, periculum, & itineris expensas, jam in duriorem causam obligatus manebat, quam à principio, contra regulam I. Græce §. illud ff. de fidejuss. beneficium enim cedendarum actionum de quo in I. cum alter C. de fidejuss. I. ut fidejussor 39. eod. ibi. Ut fidejussor cōtra confidejussorem suum agat, actio danda non est: Euerardus cons. I. num. 1. & seqq. Bart. in I. si stipulatus §. 1. num. 3. ff. eod. Specul. tit. de cess. acti. on. §. 1. vers. quod si debtor meus, Iacobus de Arena tit. de cess. action. num. 70. vers. item fidejussor, l. 11. tit. 12. part. 5. Difficilius competit contra fidejussores extraneos, quam contra Regni incolas, quæ si à principio exposita forent, erat verosimile ipsum non fidejussum, quæ quidem causa cum de no-

vo emerget non debet auxilio desti-  
tui, maxime cum hæc omnia gesta sint  
facto ipsius creditoris, prout distinguit  
Bart. in d.l. si stipulatus §.1. n.3.

1 Ex qua hypothesi primo elicetur  
judicem Regni Castellæ non bene se  
gessisse recipiendo fidejussores spreta  
forma requisitoriae; cautio enim illa  
sistendi in judicio, & solvendi judicata  
non potest præstari extra provinciam,  
in qua causa agitatur. Ordin. lib. 1. tit.  
62. §. 38. sive explicatur eadem Ordin. lib. 3. tit. 25. in fin. princ. & atten-  
to jure communi probat l. si fidejussores  
§ si necessaria ff. qui satisd. cogant, ibi:  
In alia ejusdem provinciæ civitate: Bald.  
conf. 90. vol. 1. Marsil. singul. 221. Pe-  
chius de jure sistent. cap. 13. n.6.

2 Supposito tamen quod à parti-  
bus fidejussores acceptati extitere, sta-  
tim priorum fidejusorum obligatio sol-  
luta est, §. præterea, Instit. quibus mo-  
dis tollitur oblig. Ubi expresse dicitur,  
induci novationem, si accedat fidejus-  
sor: idemque est si accedat pignus l.fin.  
C.de novation.

3 Verum obstat, quod in d. §. præ-  
terea probatur, quod apud veteres re-  
quirebatur, ut constaret de animo no-  
vandi, vel quia exprimeretur, vel quia  
efficacibus probaretur conjecturis, &  
præsumptionibus, & cum addat illud  
emendatum per Iustinianum, aperte osten-  
dit correctum esse jus antiquum, ut non  
solum non sufficiat exprimere aliquid  
fieri animo novandi, sed quod etiam  
exprimatur, partes velle, ut extincta  
prima actione, ex secunda agatur, sentit  
Rebuff. 1. tom. tit. de liter. requisitor. art.  
1. gloss. 9. num. 20.

4 Unde licet olim salvari posset  
opinio gloss. pen. in l. pen. ff. de præto-  
rijs stipul. Cyn. in l. fin. C.de novation.  
Imol. in l. 4. §. si ex conventione ff. de  
re jud. Alexand. in l. qui usumfructum,  
num. 7. ff. de verbos. obligat. ubi Socin. 8.  
ejusdem Alexand. conf. 13. num. 8. lib.  
2. & Dec. conf. 400. num. 2. & Affliet.  
decis. 44. num. 5. & aliorum, qui sentiunt,  
quod sufficiat ad inducendam novatio-

nem, quod ex consequentia verborum  
expressorum voluntas colligatur, arg. 1.  
prætor ait §. 1. junct. gloss. verbo ex-  
pressum, & ibi Angel. ff. de novi oper.  
nuntiat. Tamen hodie ex reg. l. fin. C.de  
novation. cessant dictæ præsumptiones  
elicitæ ex consequentijs verborum, cum  
expressa novandi voluntas requiratur,  
ex Imol. in d.l. 1. num. 4. & ibi Paul. eod.  
num. 4. Dec. in l. lecta num. 13. ff. si cert.  
petat. Iaf. in l. 1. ad fin. C.de judic.

5 Unde sit, quod si pro re judicata  
accepti sint fidejussores, nulla induci-  
tur novatio prioris obligationis, sed  
adhuc supereft actio judicati habens  
suam executionem paratam: extollit  
Anchar. conf. 54. num. 2. Rebuff. ubi su-  
pra num. 22. Ratio est: quia quando id,  
quod de novo additur, est accessorium  
ad præcedentem obligationem, nunquam  
videtur inducta novatio, cum id fiat, ut  
magis cautum sit creditori.

6 Ex quo non debet sumi præ-  
sumptio novandi, ne tendat in credito-  
ris damnum: probat text. in l. si Stichū  
8. §. idem Celsus ff. de novation. Alex. in  
d. §. si ex conventione, num. 6. Iaf. in d.l.  
qui usumfructum num. 3. ff. de verbos.  
oblig. ne inducta ad augmentum ope-  
rentur diminutionem l. legata invali-  
ter ff. adim. legat. Soares l. postrem. 1.  
notab. num. 2. Quare cum secundi fide-  
jussores dati sint, ut magis cautum sit  
creditori, non est dicendum prioribus  
derogatum, nec respectu eorum nova-  
tam reperiri obligationem, arg. l. si Ti-  
tius 49. ff. de fidejuss. Bart. in l. pen. num.  
5. ff. de prætor. stipul. & ibi Iaf. num. 3.

7 Quibus non obstantibus respectu  
priorum fidejusorum extinctam esse  
videbatur obligationem, quia in d. l. fin.  
tantum disponitur, ne detur novatio  
collecta ex præsumptionibus à lege in-  
ductis: non tamen tollit illas, quæ ex  
mente partium proveniunt, quia in his  
ex consequentia verborum, si recte  
colligatur partes intendisse novare prio-  
rem obligationem, utique sine dubio  
inducta censebitur; unde illud sine du-  
bio est, quod d. l. fin. dum requirit spe-  
cialem,

cialem expressionem in novatione, non procedit in contractibus incompatibilibus, qui semel stare nequeunt, l. si quis ante ff. de acquir. possess. Bald. in d. l. fin. num. 1. Decius in l. paet. novissima num. 2. C. de paet. & conf. 400. col. pen. ad fin. Unde cum secundi fidejussores dati sint in locum priorum, implicat priores manere in eodem loco cum subrogatis, cum illa secunda obligatio semper fiat sub commemoratione prioris cum nova stipulatione, ex quo semper novationem induci necesse est, Bart. in l. penult. num. 5. ff. de re judic. Paulus in d. §. si ex conventione, num. 4. Alex. 10. Ripa 7. & 18.

8 Ex quibus fit, quod licet acceptis fidejussoribus non novetur principalis actio, ut supra dixi, illud intelligendum est respectu actionis principalis, cui fidejussio accessoria est; non vero respectu obligationis fidejussoriæ, quia acceptis secundis fidejussoribus primi manent deobligati, ex Bart. in d. l. penult. num. 5. ff. de prætor. stipul. Alex. ad eund. Bart. ibi, Paul. in d. §. si ex conventione, Imol. in d. l. penult. Menoch. lib. 3. præsumpt. 134. num. 15.

9 Unde d. l. fin. C. de novat. non procedit in delegatione, in qua jus antiquum non reperitur correctum, ex Alex. in d. l. qui usumfructum 58. Ias. in l. singularia ff. si cert. petat. num. 37. & ibi Decius num. 26. Affl. et. decis. 353. num. 4. Rebuff. d. gloss. 9. num. 21. quomodo autem fiat delegatio Surdus decis. 23. num. 3. quinque requirit Menoch. d. præsumpt. 134. num. 69.

10 Circa autem tertium confidejusorem, qui se pariter vinculo obligationis solutum asserebat, supposita sociorum liberatione non parum est dubij. Primo, quia si ipse solus obligatus manet, videtur in duriorem causam adduci, quam à principio, contra reg. l. Græce §. illud ff. de fidejuss. mutatis qualitatibus contractus, quarum mutatione novum jus constituitur, Surdus decis. 220. num. 36. Affl. et. decis. 12. n. 5. quia conditio videretur inesse, si res in

eadem causa maneat, l. cum quis 38. in fin. ff. de solution. & succedit reg. text, in l. cum is 37. de fidejuss. Ubi quando actiones cedi non possunt à creditore contra confidejussores, datur fidejussori exceptio, quæ competit, si creditor aut nolit cedere, aut non possit, quia fecerit (etiam citra dolum) ne posset, æquum enim est, ut exceptione summoveatur, ne culpa creditoris in damno morentur ij, qui fidem suam (quam intercedendi potius, quam donandi animo pro alio obstrinxerūt) bona fide liberari parati sunt, quod sane contineret, si nulla ipsis actio præstaretur, argum. l. Stichum, aut Pamphilum 95. §. penult. ff. de solution.

11 Cum potius imputari debeat creditori, cur suam actionem adversus alios confidejussores amiserit alios subrogando loco priorum, ex quo inefficacem reddidit cessionem actionum, cum scire deberet æquum fore, ut primos confidejussores non liberaret, vel omnes liberaret, cum inter eos consideretur quædam individuitas, & societas, quam solvere pro parte incivile est, & per doli exceptionem summovebitur, l. rem hæreditariam 65. ff. de eviction. quæ loquitur de Correo, ibi: *Per doli exceptionem actiones præstarentur*: Faber conject. lib. 11. cap. 14.

12 Verum his non obstantibus, & alijs, quæ adduci possent in contrarium, est veritas, si ad Iuris fontes recurrimus, secundum quod quando plures fidejussores pro eodem debitore, & pro eadem summa intercedunt, singuli in solidum tenentur, sive id ita conveniat, sive non: nec immutatum fuit ex nova constitutione Iustiniani in Auth. hoc ita C. de duob. reis. Ubi divisio inter correos constituta est, ne teneantur in solidum: explicat Donel. ad l. non recte C. de fidejuss. quia non procedit in fidejussoribus simplicibus: & illud jam anteal Prætoribus placuisse testatur Paulus lib. 1. sentent. tit. 20. non fuisse tamen in usu, quoisque Adrianus suggerente æquitate divisionem induxit etiam inter

inter fidejussores, qui pro aliquo intercessissent (exceptis fidejussoribus tutorum ex l. fin. ff. rem pupil. salvam fore) cuius beneficij meminit l. inter fidejussores 26. & l. seq. ff. de fidejuss. l. ult. C. constit. pecun. §. si plures, Instit. de fidejuss. Hoc tamen beneficium datur duabus conditionibus: prima si omnes idonei sint & solvendo, quod spectatur tempore litis contestatae, §. si plures Instit. de fidejuss. l. inter 51. §. i. ff. eod. & qui solvendo eo tempore non est, cæteros onerat d. §. si plures. Unde si post litem conteitatem aliqui minus idonei effecti sint, tunc non tenentur reliqui, qui solvendo sunt, pro illa parte l. inter eos §. pen. ff. eod. facit l. i. C. de divid. tutela. Secunda conditio est, ne negent se fidejussores, alias divisio illis non tribuitur, explicat Donel. de lurre Civili lib. 15. cap. 48. num. 30.

14 Unde in dubium revocatur, An divisioni sit locus, quando fidejussores in solidum accepti sunt, & à principio convenit, ut singuli in solidum teneantur? Et videtur ex hac conventione nihil immutari à prima obligatione; imò exprimi eo modo, quo à jure inest: fidejussores enim attento jure in solidum tenentur, & tamen gaudent divisionis beneficio, nec ex eo quod se obligarunt fidejubendo, censendum est voluisse se posse conveniri in solidum, ut verba cum effectu accipienda sint, arg. l. pen. §. docere ff. ne quis eum, qui in jus vocat, est: pungit Donel. ad d. l. non recte num. 7. Si tamen pactum sit, ut in solidum conveniri possint, ut solvant, censentur divisionis beneficio renuntiasse, ne verba sint sine effectu, argum. l. quoties in actionibus ff. de rebus dub. l. quoties in stipulationibus ff. de verbis obligat. l. pactum ff. de pact. l. pen. C. eod. explicat Donel. d. cap. 48. num. 50. vers. sed hæc, & in d. l. non recte, n. fin.

15 Quando autem aliquis ex fidejussoribus convenitur à creditore in solidum, antequam solvat, debet petere, ut sibi cedantur actiones, vel antequam solvat, vel in ipso actu solvendi, non ve-

ro ex intervallo, l. cum alter ff. de fidejuss. et si hoc ita factum est cessis actionibus, ut poterit: & ad hunc sensum reducenda sunt verba d. l. cum alter in princip. ibi: Actio ei adversus eum, qui una fidejussit, non competit, quia scilicet non cessis actionibus solverat: l. ut fidejussor ff. de fidejuss. ne petatur cessio tempore, quo obligatio extincta sit per solutionem, nec suppetat actio, quæ cedi possit: licet Molineo placuerit ex intervallo posse cessiones exigi à creditore, quem eleganter confutat Faber conjectur. lib. 11. cap. 9. Et licet videatur, quod eadem datur ratio, etiam si ante solutionem, vel tempore ipsius cessio petatur, cum postea secuta solutione prior obligatio extincta maneat, nec aliquid sit, quod jam cedi possit: tamen hoc casu receptum est, non videri preemptam solutione obligationem, imò in eo actu venditum debitoris nomen, illudque pretium accipi solutionis nomine ab eo, qui pro alio solvit coactus, quod remedij loco inductum videtur, l. fidejussoribus 17. l. cum is 6. ff. de fidejuss. argum. l. cum pupillum 21. ff. de tutel. ibi: Nominis pretium solutum videtur.

16 Ex quibus omnibus illud superest videndum: An si creditor acceptis pluribus fidejussoribus unum ex illis liberet, vel ex alia causa contingat liberari, aut exceptione paeti conventi de non petendo, ut in l. idem in duabus ff. de pact. Vel simili ratione, quia acceptis secundis fidejussoribus in locum priorum novata manserit priorum fidejussorum obligatio? An scilicet eo casu fidejussor juvari possit doli exceptione cōtra eum, ne solvere teneatur?

Competit enim fidejussori, vel corredo convento doli exceptio contra creditorem, qui actiones non cedit, vel non potest cedere, si facto suo eas amiserit, l. cum is 36. l. ut fidejussor 39 ff. de fidejuss. l. Modestinus 76. ff. de solut. probat. l. hæreditariā 65. ff. de evictio. ibi: Nec remedio locus esse videtur, ut per doli exceptionem actiones ei, qui pecuniam

## DECISIO XVII.

*niam creditoris dedit, præstarentur: ne igitur creditor contra pactum petat, vel ne bis exigat, vel ne dolo petat, cum actiones cedere non possit, doli exceptione summoveatur.* Faber. d. lib. 11. cap. 13.

In quo articulo advertendum semper est, quod fidejussorum obligatio, quando pro uno debitore plures intercedunt, solū sit, & contrahitur respectu creditoris, cui fidejussores ipsi obligantur; non vero inter se, quia inter eos nulla obligatio datur, nec consistit, l. si plures 27. §. ult. ff. de fidejuss. Ex quo nascitur, quod qui ex fidejussoribus solidum solvit, nullo modo obligat sibi confidejussores, nec ulla illi fiet injuria, si actio illi cessa non sit cōtra confidejusserem, quem ille sibi nunquam obligavit: atque ideo oportet, ut à creditore actio cessa sit, ut ipse, qui solvit, agere possit contra alios ex creditoris persona, qui suum jus cessit.

Sed hoc ita accipi debet, quando scilicet ipse illos fidejussores non liberaverit sponte, vel qualibet de causa: nec in hac liberatione considerari potest dolus, cum nemini faciat injuriam, qui jure suo utitur, l. injuriarum ff. de injur. Unde si ex pacto de non petendo fidejussorem liberaverit in quinque, quando duos habebat obligatos in viginti, si postea ab altero integra 20. petat, recte exceptione doli summovebitur, ne jam solutū exigat, sicque procedet text. in l. si stipulatus 15. §. 1. de fidejuss.

At vero in ipsa liberatione uni ex confidejussoribus facta, alijs lœsio, nec damnum datur, cum ipsi teneantur in solidum creditor, qui potest suam obligationem minuere, & deteriorem efficiere: explicat eleganter Faber d. lib. 11. cap. 15. cujus sunt verba: *Sed ut cogatur creditor vendere nomina, quæ amplius non sint in rerum natura: forte si cum debitore ipso fecerit pactum de non petendo, aut si alios confidejussores gratis, vel aliquo accepto liberaverit, aut quia vendere non potest nomina, quæ proprio facto amisit, propriam quoque amittat actionem contra hunc, qui*

*non est liberatus, nullibi certe scriptum repries: solum enim cogendus est creditor cedere, & dolo videtur facere non cedendo, quando salvas habet actiones, quas sine suo incommodo præstare potest, l. in creditoris 38. d. 1. hæreditariam 65. ff. de evictio. l. quæsitum 30. §. sin vero ff. de pecul. Ergo si quid antea creditor fecerit, per quod actionem, quam adversus alios fidejussores habebat, amiserit, totum id inculpatum est, nec eo nomine quicquam ipsi imputare fidejussor potest, à quo solidum exigitur: sequitur Everardus cons. 1. per totum: & apud nos Ordin. lib. 4. tit. 60. §. 4.*

Quibus tamen non obstantibus, Senatus censuit me reluctante, quod sicut priores fidejussores novatione sublati erant, pariter & hujus tertij fidejussoris obligatio manserat extincta: cuius opinionis fuere D. Ferdinandus Cabral, Alvarus Velho, sapientissimus Hieronymus Pimenta d' Abreu, olim Collegij D. Petri meritissimus collega, & Iuris Civilis in Academia Coimbricensi cum magna laude professor, & hodie in Senatu Portuensi Cancellarius, quem maiora expectant.

17 Quorum Patrum doctissimorum sententiam probare non potui, cum videam priores fidejussores novatione sublatos, nam ex eo quod effecti erant nō solvendo, præsens inopia actionem non permit, sed tantum inefficacem reddit, l. nam is 6. ff. de dolo. Unde si postea fiant solvendo, cogentur fidejussoriæ obligationis periculum præstare, ac si eo tempore divites essent, quo creditori solvi oportuit: explicat Faber d. cap. 15. vers. quid enim. Et ideo nisi dicta novatio daretur, utique ipsi primi fidejussores effecti non solvendo, adhuc esent obligati, & contra ipsis, qui modo divites sunt, posset cedi actio, sed cum jam novata sit, omnino extincta est obligatio respectu eorum, non vero respectu tertij.

18 Unde si inter fidejussores pactū esset adjectum, ut ad invicem inter se obliga-

ti remanerent, quia tunc fiunt socij, dum sibi adinvicem de indemnitate carent, ut in Auth. de duobus reis, ratione societatis posset ille, qui solverit, ex alijs percipere, quod causa eorum solverit, l. eandem 9. ff. de duobus reis, l. si plures ff. de fidejuss. l. 3. §. nunc de effectu ff. liber. legat. Et extra hunc casum non succurritur fidejussori contra alios, qui solum contra debitorem, pro quo intercessit, habet actionem mandati, si mandatum intervenit, sin minus negotiorū gestorum, l. ex mandato 20. ff. mand. Faber d. lib. 11. cap. 14. in fin. & cap. 15. Et hoc casu, etiamsi creditor novet respectu unius accipiendo alium fidejussorē, non tamen nocebit conventioni inter ipsos celebratæ; quæ omnia cogitare debuit fidejussor, quod si non fecit, sibi imputet, arg. l. si Ticius ff. de fidejussor. ibi: *Cum scire potuerit, aut non ignoraret mulierem frustra intercedere*: facit l. si quis domum §. hic subjungi ff. locati, ibi: *Hoc evenire posse prospicere debuit.*

20 Nec de tutoribus ad fidejuss.

res debet fieri argumentatio: qui inter fidejussores nulla datur reciproca obligatio, ut supra dixi, & gratis se obligat, & voluntarie: at vero tutores, coacti, & ex necessitate, & ideo oportuit, ut tanquam socij adinvicem tenerentur inter se: adeo ut non cessa actione utili adversus contutorem agere possunt, ex l. 1. ff. de tutel. §. nunc tractemus: explicat idem Faber lib. 11. cap. 11. Donel. de jure Civili lib. 15. cap. 43. num. 10. quibus ne sit illis damnosum officium, facilius succurritur, argum. l. videlicet 29. ff. ex quibus caus. maior. Quæ quidē utilitas ideo ex æquitate accommodatur, quia respicit favorem pupilli, cui hac ratione consulitur; nam dum tutor intelligit se actionem habere de parte ejus, quod solvit, adversus contutores, facilius solidum solvit pupillo, nec ipfi in solutione molestus erit: quæ ratio in confidejussoribus, vel alijs quibuscunq; creditoribus cessat: pungit Donel. ubi supra num. 20. & in tit. C. de duobus reis cap. 13.

## S U M M A R I A.



1 *Etentator, vel is, cui ex limitata causa res traditur, non dicitur possidere.*

*Sit tamen ab ea facultate, seu statu, dejicitur, illi succurritur. ibi.*

*Lex in odium spoliantis non admittit allegationem defectus tituli. ibi.*

2 *Iudicis officium non impertitur, ut iniquitati faveat.*

*Quando tempus præfigitur possessioni,*

*dies interpellat. ibi.*

*Addictio facta in re maioratus pro vita possessoris habet locationis vicces. ibi.*

3 *Expendens in re maioratus, expensas à locatore non repetit.*

*Interpretata l. si quis domum §. hic subjungi ff. locati. ibi.*

*Ille textus non negat expensarum repetitionem, sed solum prohibet ne ab heredibus locatoris exigantur, sed à maioratus possessore. ibi.*

## DECISIO XVIII.

## DECISIO XVIII.

*An additio facta creditori in bonis, seu redditibus maioratus mortuo possessore duret, ita ut apprehensa possessione à sequenti successore debeat creditor propter possessionem recipiendi contra successorem restituī? Ad Ordin.*

lib. 4. tit. 58.



Um Bernardinus d'Alte debita contraxisset, quidam Ludovicus Serrano contra eum sententiam obtinuit, pro cuius executione ei addicti fuerunt redditus certae proprietatis, & domus maioratui annexæ, ut ex ipsius redditibus sibi solveret: decursis jam aliquibus annis, diem clausit extremum dictus Bernardinus, antequam perfecte creditor solutum foret. Domina Maria da Sylva ejus soror possessionem bonorum maioratus accepit, tanquam legitima ipsius successor: Creditor adiit monasteriorum judicem, cuius ipse forierat, petijtque, ut ipse in sua possessione recipiendi, seu levandi fructus tueretur: expeditum fuit mandatum, cui dicta Domina Marij impedimenta obtulit, allegans jus addictionis finitum fuisse morte possessoris, quæ cum recepta non fuissent, ad Senatum appellatum extitit, in qua hæsitatione varia dixerunt Senatores.

1 Primis enim Patribus placuit ipsam non audiendam, donec creditor in suam possessionem reduceretur, à qua expulsus erat incitatus, & inauditus ex reg. text. in l. si quis ad se fundum C. ad legem Iuliam de vi l. fin. C. si per vim. Valasc. conf. 191. per tot. Licet enim, cui cœnaculi usus concessus est, vel alia habitatio, vel colligendorum fructuum causa rem detinet, possidere non videatur, cum illam solam facultatem sit assecutus, ut respondit Decius conf. 355. num. 1. post Bart. & cæteros in l. Aquilius Regulus ff. de donation. Si tamen ab ea facultate dejiciatur, vel spolietur, judicis officio ad instar interdicti su-

blevandus est, Valasc. conf. 111. num. 20. quia cum judicis officium ex æquitate procedat l. plane ff. petit. hæred. Menoch. remed. ult. recup. num. 3. eadē æquitate sugerente ad varios casus porrigitur, ut colligitur ex cap. bonæ de appell. cap. accedens 1. ut lite non contest. Atque cuilibet detentatori passim conceditur, etiamsi non possideat, ex gloss. in l. & non tantum ff. de petit. hæred. Bart. in l. de usu ff. de varijs, & extraordin. cognit. Bald. in l. ædem C. locat. col. 2. Ripa in cap. sæpe de rest. spoliat. n. 17. Corras. in §. nihil cōmu-ne 2. part. num. 127. Plotus in l. si quando C. unde vi, Maranta de ordin. judic. 7. dist. 4. part. num. 35. Natta conf. 563. n. 27. & procedere in eo, qui recipit annuos redditus, dixit Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publician. Alciat. respons. 426. n. 2. Nec objici potest agēti tituli defectus ex Oldrad. cōf. 206. vers. ad secundam quæstionē, Alex. conf. 99. n. 9. lib. 5. Covar. pract. cap. 23. n. 4. Menoch. remed. ult. recup. n. 32. vel etiam juris præsumptionem esse contra agentem, Gabriel Sarai. in addit. ad notabilia Mathefil. notab. 28. num. 3. Menoch. ubi supra num. 33. Ratio est: quia lex in odium spoliantis non admittit allegationem hujusmodi, vel aliam, quæ concernat defectum tituli, vel malam fidem arguat, quia singit spoliatum quoad illud esse legitimū possessorē, & ut talem omnia reponenda decernit, Bald. Salycet. & alij in l. 1. in fin. ff. fam. hercisc. Duar. in l. si alienam post princip. ff. solut. matrimen.

2 Verum hoc casu judicis officiū impetriri non posse suadetur, quia cum illud ex æquitate procedat, non debet cum

## DECISIO XVIII:

37

cum iniquitate concedi , ne ex judicis officio , ex quo æquitas dimanat , iniquitas profluat , argum. I. meminerint C. unde vi : constat enim , quod illa detatio habet cursum limitatum , & restri ctum ad vitam ususfructuarij , seu possessoris , unde dies ipse interpellat , argum. I. magnam C. contrah . vel committend. stipul. adeo , ut extincta mapeat omnino causa , ex qua possidebatur , I. lex vectigali ff. de pignor. ibi : Pignoris jus evanuisse : Cabed. decis. 134. num. 1. 1. 1. & 2. C. si pignus pignori datum sit ibi : Quādiu in causa pignoris manet ejus , qui dedit : Barbosa in I. usufructu num. 28. ff. solut. matrimon. Afflict. quæst. 392. num. 28. Ubi inquit , quod extincto titulo extinguitur etiam possessio , Cal das Pereira de renovat. quæst. 17. num. 8. & quæst. 10. num. 8. & 10. faciunt , quæ Tira i. in tract. le mort. 7. part. declarat. I. n. 4. Valasc. de jure emphyt. quæst. 18. n. 8. Ius enim ususfructuarij separatum est à jure successoris ; Ulpianus in I. si quis §. hic subjungi ff. locati ; cogitare enim debuit creditor illud ita accidere posse , ut Ulpianus in eo textu dicit , ibi : Quia hoc evenire posse prospicere debuit. Illa enim fructuum additio durante pos sessore creditori in maioratu facta subit locationis vices , & censetur quædam fructuum quottanis recipiendorum suc cessiva conductio , ex Ordin. lib. 3. tit. 93. §. 1. Quæ in similibus casibus bona capellarum , quæ eodem modo ac maioratum administrantur , jubet , ut publice locentur , & ex fructibus creditoris solvatur , ibi : Quando a condenação proceder da dívida , ou obrigaçao do senhor , ou administrador do morgado , ou capella , & não do instituidor , não se poderão os bens do morgado , ou capella arrematar , nem vêder , mas arrendar-seão somente em cada hum anno. Unde talis additio potius locatio censi debet , ut partes censeantur fecisse ea , quæ poterant.

3 Hicque est casus , in quo similes conductores amittunt expensas factas in re maioratus , ex text. in d. §. hic subjungi §. idem querit , ibi : Iaem querit , si

sumptus fecit in fundum , quasi quinquenni fructurus , an recipiat ? Et ait non receptum , quia hoc evenire posse prospicere debuit , &c. Obstat tamen , quod videtur alienum ab Ulpiani mente , qui æquitatem semper amplectitur , sic inique sentire , ut conductor meliorationes amittat , cum secundum juris principia ille , qui impendit in re restitutioni subiecta , meliorationes suas deducere pos sit , per text. in I. domos ff. de leg. I. l. ubi pure 19. §. fin. ff. ad Trebell. I. divortio §. fin. ff. solut. matrimon. Valasc. cōf. 25. n. 26. Gama decis. 354. Garcia de expens. cap. 23. num. 54. Ordin. lib. 4. tit. 54. §. 1. ubi Barbos. I. part. num. 48. receptum testatur Pinel. in I. I. de bon. matern. 2. part. num. 72. vers. nec omitto , idem Valasc. de jure emphyt. quæst. 15. num. 19. Molin. lib. I. cap. 26. num. 14. Garcia de expens. cap. 16. à princip. Quapropter hic textus varie intelligitur à Conan. lib. 7. juris Civilis cap. 11. num. 21. Corneo cons. 5. 6. n. 4. lib. 1. Cepola in I. impensæ n. 4. ff. de verbis. signif. & alijs , quos Garcia reprobat , ut supra num. 17. Verus igitur sensus est , quod ille textus nō negat expensarum repetitionem , & ipsius rei retentionem , ne alias novus successor locupletetur cum aliena jactura , quia hoc esset contra aperta jura : Sed tantum dubitat : An ab hæredibus locatoris , qui ad quinquennium locavit , an à novo successore repeti debeant ? Et respondet , quod finita locatione ante tempus morte ususfructuarij , non potest conditor agere contra ipsius hæredes , ut sibi solvant impensas actione locati , quia cū locator locaverit tāquā ususfructuaris , & ejus morte finiri debuisset ususfructus §. finitum Institut. de usufructu , rationi repugnat , ut hæredes locatoris teneantur pro expensis , quæ trans eunt ad successorem in maioratu , vel fideicomisso , contra quē non negat tex tus repetitionē , vel retentionem : qui intellectus suadetur ex quæstionibus præcedentibus in textu propositis , & ex sequenti quæstione : Vbi querit : An teneantur hæredes , quando locator non

H 2

tan-

tanquam ususfructuarius, sed tanquam rei dominus locavit. In qua dicit hæredes locatoris ex dolo teneri Molin. lib. 1. cap. 21. num. 8. Garcia de expens. d. cap. 14. ex num. 2.

Cum igitur in proposito conductor nullas meliorationes factas in re condicet alleget, pro quibus retentioni locus esse posset ex titulo limitato, non debet in futurum tueri contra legitimū successorem, cum lex ipsa conductionis sit, ut finito tempore res libere dimittatur, Ordin. lib. 4. tit. 54. §. 3. Imò si sta-

tim liberam domino non dimitat, incidit in pænas, de quibus in l. conductores C. locati, l. non abs re ff. unde vi, Menoch. recuper. remed. 11. num. 1. Valasc. conf. 42. num. 4.

Ex quibus conclusimus Actorem non restituendum, quando ipse non allegabat in re conducta impendisse, argumento eorum quæ Valasc. conf. 111. n. 21. Ubi uxorem non restituit etiā allegatis meliorationibus, quādo successor juratā estimationem impensarum deponit: sic sententia scripta fuit: Scriba Quintal.

## SUMMARIA.



- 1 Implici nullitati Senatus deferre non consuevit.
- Filiij ad causam bonorum adventitiorū necessario sunt citandi. ibi.
- Interpretata l. fin. §. ubi autem C. de bon. quæ liber.
- Filiij debent audiri contra parentum iniquas alienationes. ibi.
- Melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere. ibi.
- Ponderatur Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 2. Ubi uxori permittitur venire cōtra factum mariti alienantis. ibi.
- Filio agenti contra alienationem parentis judex tenetur consensum accommodare. ibi.
- 2 Filijs in vita patris agendi facultas non admittur.
- Exploditur Azonis sententia sentientis filium non posse in vita patris conqueri de ipsius alienatione. ibi.
- 3 Facilius quis admittitur ad litigiosos obiectos, exibens

gandum, quam ad aliena m. Minores, qui alienare nequeunt, tam super bonis suis litigant. ibi.

Ponderatur Ordin. lib. 3. tit. 47. §. 5.

Iudex non supplet uxoris consensum in alienando, standi vero in iudicio supplet. ibi.

Pater valide alienat bona filiorū ex causa legitima, & sine fraude. ibi.

Ad patrem active, & passive facultas agendi competit.

4 Bartoli opinio in iudicando serquenda est.

Parentes de rebus filiorum magis solicii sunt. ibi.

5 Quando agitur de solo patris præjudicio, omnes concordant filiorum consensum requiri.

Interpretatur text. in l. fin. §. ubi autem C. de bon. quæ liber.

6 Differentia constituenda est inter bona materna, & alia adventitia filijs acquisita.

In maternis parentes maiori fruētur potestate, licet æquali usufrui.

Etu

- Etu. ibi.*
- In bonis maternis duo tempora cōsideranda, vel ante partitiones, vel post ibi.*
- 7 *Priori casu patri permissa est alienatio.*
- 8 *Si perfecta partitione pater alienat, filij revocant alienata.*
- 9 *Si divisio alicujus rei bāreditaria petatur, solus parens citari oportet.*
- 10 *In adventitijs ex alijs causis obvenientibus filij citandi sunt.*

## DECISIO XIX.

*An pater legitimus filiorum administrator in adventitijs possit sine filiorum consensu stare in judicio, ut filijs præjudicet? Ad Ordin. lib. 3. tit. 47.*

*S. fin. & tit. 63. §. 4.*

  
 Um pater mortua uxore filios haberet in potestate intra 20. annum aetatis constitutos, & conveniretur in judicio pro certa parte bonorum, latque fuisse contra ipsum sententia in favorem cujusdam Gondisali Rebello tempore, quo ipse hujus sententiae executionem petebat, accesserunt filij, & proprio nomine nullitatem processus, & sententiae arguebant, eo quod ipsi citati non fuerant, cum de eorum ageretur præjudicio, & de bonis adventitijs sibi ex parte matris obvenientibus, contra quos cum sententia probata esset, ad Senatum appellatio delata est. Quam D. Didacus de Brito per doctissimam deliberationem censuit revocandam, quia licet Senatus non soleat simplicibus nullitatibus deferre ex his, quæ per Valasc. de partition. cap. 39. num. 72. Ordin. lib. 3. tit. 63. similis l. 10. tit. 17. lib. 4. novæ Recopil. ubi Azeved. num. 57. Guillelmus verbo si absque liberis tit. de fideicommiss. substit. num. 49. ad fin.

I Tamen hæc praxis non obtinet, nisi quando simplex nullitas allegatur nuda, & sine effectu justitiae, nō admixta aliqua læsione, vel damno, quod reparandum sit per sententiam; tunc enim allegata tali nullitate damnum resarciri oportet: unde fit, quod cum attento jure filij essent citandi ad causam ex textu ad id expresso in l. fin. §. ubi autem C. de

bon. quæ liber. ibi: *Adhibetur autem filiorum consensus, nisi adhuc in prima aetas sint constituti: quæ prima aetas usque ad pubertatem extenditur ex Valasc. de partition. cap. 7. num. 40. & 41.* Cū ergo filij in præsenti essent puberes, sine eorum citatione judicium agitari non potuit ex eod. Valasc. num. 42. & 43. utique hac citatione admissa insanabilis insurgit nullitas, ut de læsionibus deducatur in impedimentis cognosci debeat; alias enim aperiretur maxima fraudibus occasio, si parentes filijs non vocatis judicia subirent super adventitijs filiorum, in quibus illis non parum nocere possent. Cum igitur adventitorum alienatio parentibus interdicta sit ex l. l. C. de bon. matern. ideo filijs licet contra tales insurgere alienationes, easque infringere, prosequitur Pinel. in d. l. I. 3. part. num. 74. Aliquando enim parentes, vel instigationibus aliorū, vel propria iniuitate etiam in filios fraudulentè versantur, ideoque æquitas non patitur, ut statim non audiri valeant filij contra parentum iniucas alienationes ex reg. l. Imperator ff. ad Trebell. Ubi filius admittitur in defensionem spei etiam non habens adhuc dominium. A fortiori ergo in adventitijs, in quibus jam dominium habet, cum oporteat potius in tempore occurrere, ne mortuo patre alienante filius fiat ipsius haeres, & impediatur jus suum prosequi, ex his quæ late Valasc. conf. 69. num. 7. Barbol. in l. si cum dotē, §. si

pater num. 32. ff. sol. matr. Molio. Theolog. 2. tom. disputat. 22. Gama decis. 33. & ideo in vita admittitur ex Bald. in l. fin. §. in computatione C. de jure delib. num. 7. idem Pinel. in d.l. 1. num. 74. & in Aath. nisi num. 44. idem Valatc. d. conf. 69. num. 16. Pro qua opinione facit Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 2. qua indulgetur uxori posse venire contra alienationem nulliter à marito factam, cui agenti maritus consensum præstare compellitur: & Ordin. lib. 4. tit. 12. Ubi filio negante consensum alienationi patris in alium filium judex præstat authoritatem, & consensum supplet: sic ergo idem judex agenti filio pro nullitate alienationis ipse consensum præstabit, filiumque reddet habilem ad agendum. Nec aliud probat. d.l. 1. C. de bon. matern. dum in favorem filiorum introducit, ne contra illos currat præscriptio in vita patris alienantis: in simili textus in cap. sacerdotes 12. quæst. 4. & 12. quæst. 2. cap. placuit §. item si, Abbas in cap. cum non liceat n. 7. de præscription. Guido quæst. 150. & 152. Rodoanus de rebus Ecclesiæ quæst. 2. cap. 3. num. 5.

2 Quia non ex hoc a contrario bene sequitur, quod interim illis agendi denegatur facultas: ad text. autem in Auth. de nuptijs §. sed quod sancitum, & in l. 1. C. de annali exceptione, ubi expressius filijs agendi in vita parentum facultas adimitur ultra ea quæ Pinel. in Auth. nisi, à num. 45. Respondetur, illa iura procedere regulariter, & de jure ordinario, secundum quod filio standi in judicio cum patre non datur licentia, nec facultas, l. cum oportet C. de bonis quæ liber. l. filius fam. de ff. action. & obligation. Non tamen procedunt, quando filius auctoritate prætoris contra alienationem insurgeret, causa cognita prætore authore, vel implorato ipsius officio, ut pater consensum præstet, vel illo ipsius consensum supplente, arg. Ordin. lib. 3. tit. 47. §. fin. & tit. 64. §. 4. vel si ad Principem recurritur juxta Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 2. Ex quibus explodi debet Azonis sententia in rubr. de

bon. matern. quem sequuntur Doctores communiter in l. præses C. de transaktion. & Crotti in l. frater à fratre ff. condicet. indebit. num. 54. Bertrand. lib. 2. conf. 84. num. 7. & 8. Ubi habent, quod filius non potest conqueri de parentis alienatione, nec contradicere: quos multis confutat Pinel. in d. l. 1. 3. part. à num. 21. & seqq. Vnde videbatur dicendum, quod sicut pater alienare nequit filiorum bona, sic pariter super illis stare in judicio non potest arg. Ordin. lib. 3. tit. 47. Ubi marito denegatur facultas standi in judicio sine uxore, quia iijdem sine ea non licet alienare, ut lib. 4. tit. 48. facit Ordin. lib. 3. tit. 41. §. 8. Ubi puberis requiritur mandatum ad litem.

3 Verum inter alia dicebam sententiam sustinendam fore, quoniam notissimi juris est facilius quem adiungi ad litigandum, quam ad alienandum, scimus enim Ecclesiam, minores, & similes, qui sine decreto, aut simili solemnitate bona sua distrahere non valent, ut per tot. tit. ff. de rebus eorum, & in tit. de reb. eccles. posse nihilominus super illis litigare, & in judicio stare. Qua etiam rationes, qui uxorem duxit, & aetatis veniam impetravit, licet nequeat immobilia alienare, Ordin. lib. 3. tit. 42. §. 2. tamen in judicio stare potest ex ead. Ordin. lib. 3. tit. 42. §. 3. Vnde patet de jure nostro facilius standi in judicio, quam alienandi facultatem concedi. Et comprobatur ex Ordin. lib. 3. tit. 47. §. 5. quatenus soli uxori permittit facultatem standi in judicio super immobilibus, cui tamen distrahendi omnino facultatem denegat sine marito. Quia differentia retenta patet, qua ratione non liceat judicii consensum uxoris supplere ad alienandum, standi vero in judicio sic: ut per Ordin. lib. 4. d. tit. 47. §. fin. quia scilicet non tam nociva est judicialis contentio, quam est ipsa alienatio. Ergo cum patri cōmisita sit potestas administrandi bona filiorum, imò & illi liceat sine fraude ex causa legitima talia bona alienare, ex Roland. conf. 78. num. 20. lib. 1. Bald. in l. jube-

## DECISIO XIX.

91

1. jubemus C. Trebell. vers. item fallit, Salycet. in l. filium quem habentem C. de famil. etcisc. num. 11. Decius cons. 236. quos citat Valasc. d. conf. 69. num. 27. Adeo ut non data fraude consilio, vel re teneat alienatio: & fuit sententia Azon. in Summa C. de bon. quæ liber. num. 11. communem dicit Afflict. decis. Neapol. 393. num. 3. Covar. lib. 1. resolut. cap. 8. num. 6. Gutierr. de tutel. 2. part. cap. 5. num. 22. Ubi securius tamen dicit, quod adhibetur judicis authoritas, & esse de jure Regio Lusitano contra Azonem: quam tamen legem Regiam nō reperi, quia lex Regia lib. 1. tit. 87. agit de orbatis parente, & merito eidem patri indulgetur potestas standi in judicio pro defensione bonorum filiorum, vel talia sint, quæ adhuc divisa non sint, vel etiam si filijs jam sint acquisita, quia aliunde quam ex causa legitimæ obvenerint: quam sententiam comprobare videtur text. in l. 1. C. de bon. mater. a. vers. parentes, ibi: *Per se, vel per procuratorem poscere:* & ibi: *Luem inferentibus resistere:* & ibi: *Omnia agere tanquam solidum, & perfectum dominum eis acquisitum fuisset.* Verba sunt Imperatoris, quibus manifeste probatur, patri active, & passive facultatem agendi concessam esse, quia licet non dominus in solidum, nec perfectum dominium habeat, qui imperfecte dominus est, id est pro parte: tamen quoad hoc pro perfecte domino habetur, atque illud verbū tanquam improprietatem denotat: voluit Bart. in d. l. 1. num. 1. Bald. 8. Paul. num. 2. dicit communem Imol. num. 3. in l. fin. §. pupillus ff. verbor. oblig. Aret. num. 1. Pinel. d. l. 1. 2. part. num. 66. cuius meminit Menoch. de succession. creat. §. 6. col. penult. licet in contrarium citet plures per d. l. fin. §. ubi autem C. de bon. quæ liber. ibi: *Adhibetur autem & filiorum consensus, nisi adhuc in prima aetate sint constituti.* Quæ fuit etiam opinio Innocentij in cap. accedens de procurator. quam sequitur Valasc. de partition. cap. 7. num. 38.

4. Quorum opinio in hoc Regno

cessat, cum ultra text. in d. l. 1. pro hac parte sit Bartoli opinio, quam in judicando sequi oportet, ex Ordin. lib. 3. tit. 64 §. 1. eo maxime quia æquior est, Reique publicæ magis conueniens, teste Pinel. d. loco vers. unde: *Tu etiā quia remota fraude, quæ semper videtur abesse in patre respectu filiorum, supervacaneus videtur filij juvenis consensus tam in prima, quam in adulta, & maiori aetate, cum parentes de tebus filiorū magis solliciti sint, & illis maiori cura invigilant, in quibus etiam eorum vertitur præjudicium, & ideo inutilis videtur filiorum consensus, ut ex Angel. Paul. & Fulg. probat Pinel. ibi vers. illud: ubi citat bonum text. in l. si cum dotem §. eo autem tempore in fin. ff. solut. matrimon. ibi: *An omnino consentire filiam decet:* & ibi: *Filia levis mulier, vel admodum juvenis potius patri acquiescere praetorem oportet.**

5. Quando autem solum ageretur de solo jure patris, concernente ipsius usumfructum, omnes concordant non exigi filij consensum, ne pater in suo usumfructu deterioris sit conditionis, quam quilibet aliis extraneus. Ita plures referens probat Pinel. ubi supra vers. in eodem, idemque erit in qualibet causa super possessione, quia ususfructus possessionem concernit, quam solus ususfructarius potest defendere, ut in l. 1. §. fin. Ubi notant omnes ff. de novi oper. sed non solum his casibus, sed in omni causarum specie, patrem sine filio agere judicatum testatur Cabed. decis. 197. num. 13. citato Bart. in d. l. fin. §. pupillus ff. de verbor. Angel. in princ. Instit. de tutel. num. 2. late Azevedo l. 10. tit. 17. lib. 4. novæ Collect. n. 6.

6. Nec retenta hac opinione obstant, quæ in contrarium ponderabam: nam text. in d. l. fin. §. ubi autem C. de bon. quæ liber. alio tendit, quam à Pinel. Valasc. & alijs ponderari solet: proucus perfecta intelligentia notandum est, quod circa bona filiorum, in quibus patri ususfructus quæritur, differentia est constituenda inter bona ma-

H 4

terna.

terna, quæ filijs per matris obitum debentur, & inter alia bona adventitia, quæ ex alijs causis filijs familias acquiruntur: ut inquit text. in l. cum oportet C. de bonis quæ liber. ibi: *Quemadmodū in maternis bonis, &c.* & ibi: *Ita & in his, quæ ex alijs causis filijs acquiruntur, &c.* ut scilicet circa bona materna parentes ampliori fruantur administratio-ne, licet æquali usufructus; nam cum bona materna, quæ soluto matrimonio ad filios ratione suæ legitimæ deferuntur, fuerint in potestate patris, & in ipsius dominio constante matrimonio, adhuc eo soluto apud parentem resident, jure proprio continuata eadem causa, & possessione, licet ipse teneatur ex ijsdem bonis maternis filijs suas legitimas impertiri. Unde sit, quod in his bonis maternis duo tempora observari possint: primum, quod est ante partitiones factas cum liberis, & hæredibus uxoris, vel illis jam solemniter factis.

7 Primo casu adeo pater, apud quem illa bona resident, habetur illorū bonorum dominus ob antiqui dominij vestigium, ut illi liceat ad libitum corpora ex hæreditate alienare. Et quidem valide, licet postea computare teneatur ad imaginem hæredis, cui debetur Trebellianica, qui si vendit aliquam rem hæreditariam, computat illam in suam Trebellianicam, etiā invitis legatariis, vel fideicommissariis, I. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. Ripa in l. in quartam num. 105. Si autem æs alienum urgeat, & fraus absit, licite corpora alienare potest, judexque talem alienationem ratam habere debet. Valasc. d. cap. 69. num. 27. in fin.

8 Quando autem jam partitiones factæ sint, quia filij expedita partitionis charta domini efficiuntur, ex §. fin. Instit. de offic. judic. Valasc. de parti-tion. cap. 2. num. 6. Ordin. lib. 4. tit. 96. §. 22. Si pater ad alienandum accedat, dibi alienata revocant, ex l. i. C. de bon. matern. & quæ ex Pinel. & Valasc. supra diximus. Unde vel ante partitiones, vel

post si aliqua res dividenda inter omnes à tertio petatur, solus pater pulsar debet, ut ipse litem suscipiat, ac defendat, non vero filij, etiam si puberes jam sint. Ratio est: quia ante partitiones ipse dominus in communi est, & ipse legitimus defensor, ex d. l. i. ibi: *Et litem inferentibus resistere, atque ita omnia agere tanquam solidum, perfectumque dominium eis acquisitum fuisset, & personam gerant legitimam:* post partitiones vero idem dicendum est, quia cum apud parentem bona resideant, ratione ususfructus si aliqua pars illorum bonorum petitur, solus pater est legitimus defensor, quia si res evincitur ab hæreditate, novæ partitiones faciendæ sunt, ut omnes maneant æquales, & filijs est utile, ut solus pater defendat nomine communi causam, cum unum, & commune periculum omnium sit. Et ne cogatur filius, cui illa res assignata fuit, ex suo litem suscipere, cum magis illa ab omnibus sit obeunda, cum antiquiorem causam habuisset, & ante partitiones extaret ex his causis: eleganter Constantinus in d. l. i. his casibus ad solum parentem litem suscipere spectare decernit, ut litis expensæ ab ipsius etiam usafrui etu ducantur.

10 Quod tamen non ita se habet in adventitijs ex diversis causis obvenientibus, in quibus filijs statim proprietas acquiritur eodem tempore, quo parenti ususfructus. Atque ideo merito in d. l. fin. C. de bon. quæ liber. §. ubi autem, Iustinianus explicans ea, quæ dis-posuerat in d. l. cum oportet, illius tituli, disponit, quod quando pater, & filius concurrant in aditione hæreditatis aliunde obvenientis, tunc si lis superveniat, filij puberes citandi sint ad causam, quia ipsi vere domini sunt, nec illa ampla administratio ad parentem cōpetit, ac in bonis maternis, in quibus longe disparatio versatur, nec ulla intercessit aditio: sicque apparet quædam explanatio ad ea, quæ Valasc. d. cap. 7. num. 41, circa §. ubi autem, ubi non bene videtur adduxisse Ordin. lib. 3. tit.

41. §. 8.

41. §.8. eam applicans filijs in potestate, cum loquatur de minori patria potestate soluto, cum ibi agat de curatore ipsius, quem habere non potest filius, qui sub sacris paternis constitutus est: patet ibi: *Seja citado seu tutor, se o tiver:* & ibi: *E seu curador, se o tiver:* quæ omnia non convenient filiofamilias apud patrem vivente: sicut alias Ordin. lib. 3. tit. 42. §. 2. agit de filio soluto à potestate patris naturalis, qui non tutor, nec curator constituitur filiorum, quorum ipse est legitimus administrator: nec illi possunt applicari, quæ de tutoribus disponuntur per Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 23. Atque ex his cæteræ difficultates diluuntur. Unus tamen est casus, in quo pater filiorum tutor esse potest, quando illum emancipaverit, quia tunc ex

legis dispositione tutor est impuberis emancipati §. præterea Institut. quibus mod. jus patr. & eo casu retinet dimidium ususfructus, l. jubemus C. de emācip. liber. l. cum oportet §. cum autem Cod. de bon. quæ liber. l. 15. tit. 18. part. 4 Gomes in l. 46. Taur. num. 6. Gutier. de tutel. part. 3. cap. 4. num. 4.

Ex quibus cum in præsenti tertius ageret contra patrem rei vendicatione, ratione cuiusdam corporis hæreditarij, ad ipsum spectabat legitima causæ defensio; super maternis enim bonis filij vocandi non sunt, etiam si puberes existant, licet in adventitijs ex alijs causis servari possit decisio d. §. ubi autem. Atque ex his fundamentis sic Senatui placuit: Scriba Quintal.

## SUMMARIA.



I post sententiam fiat transactio, executio novata censetur, non vero sententia.

*Novandi præsumptio non sumitur cum prejudicio creditoris.*

2 Prorogato termino debitori fidejussores non tenentur, saltem ope exceptionis.

3 Prorogato termino fidejussores non manent deobligati.

*Interpretata l. si cum Hermes C. locati. ibi.*

*Interpretata l. ult. ff. de prætor. stipul. ibi.*

4 Fidejussor simpliciter datus omni tempore tenetur.

## DECISIO XX.

*An prorogato termino ad solvēdum principali debitori expiret fidejussoris obligatio? Ad Ordin. lib. 4. tit. 59.*



Cceptis mutuo 600. nummis à Francisco da Rocha Dominus Ioannes de Vasconcellos, pariterque ejus filius D. Alphonsus de Vasconcellos, se obligarunt tanquam duo Rei, & principales debitores, ut ab utroque, & ab altero, prout creditor mallet, pecuniam exigere posset: cum

statuto tempore solutum non esset creditor, contra D. Joannem sententiam Franciscus obtinuit, illamque mandavit executioni, qua sibi addicti fuerunt redditus annui, seu panes civiles ipsius debitoris, ut illos possideret tribus annis continuis, ut ex præstatione illorum annorum sibi solveretur, salva rei proprietate. Perfecta hac addictione de no-

vo convenérunt, ut creditor ab addicione destitisset eo pacto, ut intra annum perfecte illi solvatur, si minus, sententia in suo labore permaneret non novata, ut debitæ mandari valeat executioni, transactis jam duobus annis creditor se liberalem debitori exhibens de novo mandatum dedit, ut ipse illos redditus pro tertio anno, & alijs ulterioribus recipere posset; eo tamen addito, ut sua sententia novata nullatenus remaneret.

Obiit dictus D. Ioannes de Vasconcellos. Petijt creditor à filio correo fidejussore, & principali debitoie solutionem, quam ipse recusavit, eo quod ex ultimo contractu, in quo ipse non intercesserat, patri longius tempus esset assignatum à creditore, & remissi redditus, ex quibus ipse sibi solvere posset, quare non poterat amplius teneri, cū facto suo creditor se tali solutione privasset, in quem casum ipse obligatus non existebat.

Præses Curialis Reum in totum absolvit. In Senatu aliter judicatum fuit: nam D. Hieronymus Pimenta d'Abreu vir peritissimus, in cuius manus causa incidit, sensit in prioribus duobus annis Reum condemnandum, & à tertio absolvendum, respectu cuius creditor debitum suum remisit, quando jam dominus per addictionem effectus erat, immo cum in illo ultimo anno, *Elle hiana folha ao assentamento para receber ja tença em lugar do dito Dom Ioaõ.* Ex quo jam erat verus dominus effectus per adjudicationem pignoris, ex Bald. in Auth. & qui jurat C. de bon. author. jud. possid. & in cap. quoniam frequenter §. ult. in fin. ut lit. non contestat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1, gloss. 14. num. 13. Cui sententiæ accessit Franciscus de Brito & Meneses, nostri Collegij literis, & moribus ornamentum, quem feliciter Senatus possidet, & Episcopales expectant infulæ, ex eo fundamento, quia illa ultimi anni remissio non potest dici debiti prorogatio, quia prorogatio est ejusdæ rei, quæ adhuc est extensio, l. sed si

manete ss. de precario. Unde cū extensio facta fuerit, quando jam illi solutū erat, potius dici debet nova concessio, quam temporis prorogatio, qua filius nullo modo teneri potest, qui in talij contratu non intercessit.

1 Petita fuit revisio, in qua deliberans concedendam dixi ex sequentibus fundamentis: quia licet executio jam facta novata censeri debeat, si post eam perfectam creditor rem iterum liberam debitori dimittat, quia per transactionem inducitur novatio ex Bald. in rubr. de transact. ad fin. Gozad. cōf. 38. Ronchegal. in l. 3. num. 19. ff. de duob. reis, quos citat Menoch. lib. 3. præsumpt. 134. num. 42. Tamen ipsa sententia principalis nunquam novata censeri debet, sicut de jure non novatur acceptis pignoribus, vel fidejussoribus, quia semper salva manet judicati actio cum sua executione parata, sicut antea ex Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. tit. de liter. obligator. art. 1. gloss. 9. num. 22. Ex ea ratione, quia illud, quod de novo additur, est accessorium principali obligationi, quæ nunquam censetur novata, quia illud fit, ut magis sic cautū creditor, ex Bart. in l. 4. §. si ex conventione ff. de re judic. num. 2. nec sumitur novandi præsumptio, quæ in creditoris damnum fieret: colligit Paulus ibi num. 3. Soar. l. post rem 1. notabil. num. 2. ff. de re judic. Alciat. in l. creditor num. 2. in princip. ff. si cert. petat. receptum dicit Ripa in cap. inter cæteras, num. 70. de rescript. Negus. de pignor. 1. membr. 5. part. à num. 6.

2 Sicut alias pariter dubitari consuevit: An prorogato tempore debtor respectu fidejussorum, pariter novata censeri debeat prior obligatio pro tempore prorogato? Et non teneri fidejussores probat text. in l. si cum Hermes C. locati, Ias. in l. lecta num. 9. ff. si cert. petat. saltem ope exceptionis, ex l. pen. ff. de prætor. stipul. ubi Bart. num. 4. prosequitur Fachin. lib. 2. cap. 88. & fuit Specul. in tit. de fidejuss. §. 1. vers. nec illud autem queritur, Felin. in cap. de causis

causis de offic. deleg. col. 3. Nata conf. 202. num. 6. pro quo expenditur text. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati, ibi: *Si non alius pro eo in priori obligazione res obligaverat, ejus enim novus consensus erit necessarius.* Deinde facit regul. d.l. si cum Hermes C. locati, ibi: *Non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi cōpetēs judex nō ignorabit.*

3 Verum contrarium, quod prorogato tempore fidejussores non maneat deobligati, tenuit Rotta decis. 859. in antiquis, & consuluit Socin. conf. 21. à num. 10. lib. 1. Iason in l. 1. C. de judic. Decius in d.l. lecta num. 13. ff. si cert. petat. Gomez variar. resolut. lib. 2. cap. 13. num. 19. Covar. in rubr. de paet. in princip. num. 6. Thesaur. decis. Pedamont. 125. Gail. lib. 2. observ. 30. num. 11. Cujus assertionis ratio est: quia prorogando terminum non videtur creditor in antiqua obligatione voluisse sibi praejudicare, l. Lucius §. Paulus ff. administr. tutor. l. Labeo §. si per fidejussorem ff. de arbitris. Nec aliud evincit d.l. si cū Hermes, quia agit, quando principalis erat obligatus ad certum tempus, ita ut tempus pertineat ad finiendam obligationem, quia tunc tacite fidejussor videtur eodem modo se obligasse: atque ideo tempore prorogato teneri non potest, l. si unus §. i. & ibi Alex. ff. de paet. & conf. 72. lib. 6. num. 7. Nos vero agimus, quando principalis, & fidejussor indefinite obligati sunt, prout censetur intervenisse, quando principali simpli citer obligato ipse tacite fidejubet sine ulla limitatione, Bald. in l. tam mandatori num. 5. C. de non numer. pecun. & est receptum ex Panorm. in cap. constitutus de fidejuss. Ias. in d. l. lecta n. 9. Decius conf. 93. ad fin. Nec pariter obstat d. l. pen. ff. de prætor. stipul. quia non dicit, prorogato tempore non inducit novationem, sed solum quod propter prorogationem paratur exceptio, si ex prima obligatione agatur, ut dum durat tempus prorogatum, non valeat agi ad solvendum, transacto autem tempore superest prima obligatio

illæsa, explicat Alex. d. conf. 72. num. 6.

4 Ex quibus cum in præsenti post primum contractum secundus celebratus fuerit, per quem solum renuntiatum fuit executioni jam factæ, utique sententia semper in suo robore mansit, ut per illam alterum ex correis, quem mallet creditor, conveniret, defunctoq; parente omnis obligatio in filium transivit, argum. l. si Titius, ff. de fidejuss. ibi: *Sed ita demum onus alteri totum irrogandum est: l. reos ff. de duabus reis.* Cona. lib. 5. cap. 4. num. 3.

Unde fit, quod nec ex illo tertio contractu cum solo parēte gesto, in quo illi mandatum elargitur, ut redditus futuros recipere possit, aliquid videtur innovatum fuisse circa primam sententiam habitam contra utrumque correū, quia non potest censeri dictum creditoris post sibi factam solutionem præstito tali mandato à prima obligatione destitisse, quia in eo ultimo contractu sola temporis prorogatio concessa considerari potest, quia cum ipse ab addictione jam destitisset, dum mandatum concessit patri, ut redditus percepit pro futuris annis, quoisque ipse creditor voluntatem execundi aperiret, utique in hoc solum temporis prorogationem attendit, cum aliud, quod dare posset, non habuisset: quod enim per addictionem acceperat, jam remiserat debitori per priorum duorum annorum remissionem, ultimus vero contractus, ut redditus ultimi anni, & deinceps in posterum reciperet, est vera prorogatio executionis faciendæ, quæ non deobligat fidejussorem indefinite datum, ut in præsenti est, & supra notavi: Atque ideo sentiebam correum omnino teneri pro omnibus annis, non tanquam patris hæredem, sed ex sua persona, & contractu: sicque obtinuit revocata sententia: Scriba Azevedo.

SUM-

## DECISIO XXI.

## SUMMARIA.



1 Apella tunc dicitur instituta, cum certa quota administratoribus assignata est.

Naturæ maioratus non repugnat, ut duo elegantur ad maioriam. ibi.

2 Maioratus est quid individuum, quod ad unum tantum deferri debet.

Primus institutor potest inter duos dividere maioriam, non vero sequentes. ibi.

3 Conditio nominandi in primo vocato apposita an censeatur repetita in sequentibus?

Qualitas adjecta in primo gradu censetur repetita in secundo. ibi.

4 Eligendi facultas primo concessa

non censetur in sequentibus repetita.

In maioratibus ea debet desumi interpretatio, quæ naturæ actus magis conveniat. ibi.

Talia sunt prædicabilia, qualia sunt subjecta. ibi.

5 In capella, seu maioratu semper censentur vocati seniores.

Eligendi facultas, quia naturam maioratus violat, debet restringi ad primo nominatum. ibi.

6 Ultima clausula derogat præcedentibus.

7 In dubijs ea est assumenda interpretatio, ut cesset contrarietas.

8 Modus succedendi præscribitur per 40. annorum spatium.

## DECISIO XXI.

Quomodo interpretæda sint verba institutionis maioratus quibus successoribus concedebatur electio, an sit perpetua, vel in primo ex nominatis extinguitur? Ad Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 53.



Nter Didacum Dominicum, & Margaritam Alvarez de Quintanilha mota erat questio super maioratus successione, in quo reperi ebatur clausula quædam, qua primo vocatis dabatur electio: cuius verba sic habent: Os quæs bēs, & propriedades mādo, que andem sempre juntas, sem se poaerē apartar, nem alhear, senão sempre serem vivos, & andarē em poder, & administraçō aelles de Diogo Vaz, & de Ioai de Quintanilha, os quæs ambos faço admni-

stradores delles: & falecendo hum delles, ficará a administraçō delle ao outro, & delles a seos filhos, & herdeiros para sempre com a dita obrigaçō.

E porém o possuidor, que estes bens posuir, poderá por sua morte nomear hūa pessoa, que a dita fazenda administre em seu lugar, & isto averá lugar em elles ambas administradores, que cada hum delles priderá nomear a sua parte da administraçō, & isto durará para sempre.

Contigit, quod mortuo uno ex duobus administratoribus superr̄iti ex substitutione facta relicta est integra admi-

administratio, qui filium nominavit, hic cum fine liberis deceperet, sororem juniorem elegit, quæ pariter deceperit, & aliam sororem nominavit post se neglecta seniori, quæ litem movit possessori, dicens nullam suam nominationem, & sui authoris extitisse, quia electio concessa in priori testamento non censetur repetita in ulterioribus gradibus, & quod maioratus debuit deferri ad seniorem, quia frater ejus sororem nominare non potuit, nec illa aliam, sed quod ipsa Actrix, quæ senior erat, post fratrem vocabatur. Praeses pro possessore judicavit, & ultra ea, quæ ex doctissimis deliberationibus D. Custodij de Figueiredo viri quidem doctissimi, & Gondissali de Sousa, qui nulli cedit literis, & ingenio, notandum duxi.

1 Quod in hoc casu non maioratus institutus proponitur, sed capella, cum certa quota administratoribus assignata sit, Ordin.lib. I. tit. 62. §. 53. Molin. de just. 3. tom. disputat. 576. num. 15. Gama decis. 224. num. 9. post med. Valsc. conf. 82. num. 5. Flores ad decis. 27. idem Gama decis. 30. Unde vel capella, vel maioratus sit institutus, fideicommissum perpetuum datur, ut bona perpetuo deferantur illis, qui nominati fuerint, & eorum successoribus. Nec naturæ maioratus repugnat, ut duo à primo institutore elegantur administratores, quia res quantumcumque individua à pluribus teneri potest, l. unum ex familia §. si duos ff. de legat. 2. ubi Bart. qui in §. sequenti notavit gravatum restituere uni de familia, posse pluribus restituere, Soares in l. quoniā in prioribus C. in offic. testam. fol. 187. n. 7. Gomez l. 40. Tauri ante n. 49. Idem probatur in §. sed si fundum illius legis, ibi: *Quibus voleas, aut cui voleas*: intelligendo quod est alternativa legis, non testatoris, secundum quod habens facultatem elegendi in numero plurali concessa, potest unum eligere: quemadmodum ē contra d. §. si duos, potest plures eligere, qui in numero singulari facultatem habet uni relinquendi: quæ fuit sententia Dyni, quem alij sequuntur.

2 Quæ traditio, licet in maioratis, qui per plures successores transierunt, admitti posse, non videatur, quia repugnat rei individualitas, quæ ad unū, & proximiorem tantum deferri potest, d.l.unum ex familia ff. de leg. 2. gloss. in l. 2. tit. 15. part. 2. Adeo ut ad maiorem pertineat, quia is dicitur proximior, Covar. lib. 3. resolut. cap. 5. num. 3. Gomez d. num. 59. Pinel. in l. 1. de bon. matern. 3. part. num. 17. Tamen in primo institutente sine dubio est posse administrationē inter duos dividere, quo ad vixerint, ut altero eorum mortuo successio ad unum deferatur, quia non est inconveniens, quod res quantumcumque individua à pluribus teneatur, ex Decio in cap. prudentiam de offic. delegat. num. 10. agente de jurisdictione, quæ pluribus committi potest, Gaspar Vaz in l. Imperium ff. de jurisdictione omn. jud. num. 274. Sicut alias servitus individua itineris potest pluribus cedi, Galeaula in l. stipulationes non dividuntur, num. 36. ff. de verbis oblig. Sicut & in jure patronatus probat Guillelm. in cap. Raynuntius, verbo, & uxorem, num. 146. & geminos ad Regni successionem admittit Bald. in Auth. ex testamento C. de collatione. sequitur Jas. in l. ex tribus ff. cond. caus. dat. n. 18. Cirier lib. 1. de primog. quæst. 6. Menchac. illust. c. 90. n. 11. Tiraq. de primog. quæst. 17. per totā.

3 Deinde concessa in testamento primo vocato facultate elegendi ad fideicommissum, grave est dubium. An extinguatur talis facultas in persona primo nominati, vel ad successores porrigitur? Pluribusque placuit, quod ea clausula in primo gradu adjecta omnibus prodesse debet, quasi semper repetita sit, quia id verosimile est defunctum responsurum fore, si esset interrogatus, ex Alex. lib. 2. conf. 130. n. 1. & 4. Pro quorum opinione facit text. in l. quæsitum 13. ff. de testibus. Ubi ad casum omissum Papinianus docet fieri posse extensionē l. si pluribus ff. de leg. 2. Molin. lib. 1. cap. 4. n. 14. Decius cōf. 190. col. 3. agens de conditione viduitatis à marito uxori addita in primo le-

## DECISIO XXI.

gato, ut censeatur in secundo repetita, idem Decius conf. 218. num. 8. Ias. in I. Barbarius ff. offic. præfid. num. 3. Casian. conf. 11. num. 68.

Juvat alia resolutio, quæ habet qualitatem adjectam in primo gradu censi repetitam in omnibus alijs gradibus substitutionum. Guido quæst. 485. Bart. in I. i. C. de impuber. Decius conf. 270. n. 2. Ias. in I. qui filiabus ff. de leg. 1. num. 3.

Verum contraria opinio in hoc casu magis videtur juris principijs cōformis, ut talis eligendi facultas ad successores minime extendatur, arg. I. boves §. hoc sermone ff. de verbor. signific. Quæ sententia juvator ex Modestini ad propositum responso in I. liberi 8. ff. assignat. libert. Ubi licet patrono concedatur potestas assignandi libertum uni ex filijs filio tamen, cui ille assignavit, eadē facultas non impartitur: & in specie notavit Gregor. in I. 32. verbo no valdrà, vers. adverte tit. 9. partit. 6. Cujus rei illa videtur esse ratio, quia cū sumus in materia fideicommisii perpetui in familia relieti pro filijs, & hæredibus (nam illud verbum herdeiros, semper ad filios restringitur ex Costa in cap. si pater, verbo si absque liberis n. 19. vers. quanto principaliter) illa debet sumi interpretatio, quæ naturæ actus magis cōformis sit, quæ est, ut ad seniorem deferatur gradus, & sexus prærogativa observata, & sic cesset lectio, per quam à familia exire potest, maxime ubi elecio libera pertenditur: bonus text. in I. antiquitas C. de usufructu. Ubi Imperator rejiciens antiquas altercationes legatū proprietatis usufructu reservato hæredi dicit restringendū ad personā primi hæredis, ibi: *Talem usumfructum cum hærede finiri*: quia talia sunt prædicabilia, qualia sunt objecta. Et ita legatū usufructus finitur cū primo hærede, ne contra usufructus naturā ad alios extendatur: facit I. apud Julianū §. si quis alicui ff. leg. 1. meminit Alex. ad Bart. in I. boves §. hoc sermone ff. de verbor. signific. & in I. i. num. 84. ff. de offic. ejus, Gama

decis. 59. num. 13. Molin. lib. 1. cap. 11.

5 Unde idem videtur dicendum in maioratu, vel capella, quæ ad familiam spectat, in qua censentur vocati prius seniores, cū res sit individua, Molin. lib. 3. cap. 1. in princ. & lib. 1. c. 3. Covar. lib. 3. resolut. cap. 5. n. 3. Tiraq. de primog. quæst. 7. n. 6. Gomes in I. 40. Tauri n. 56. Quare illa clausula eligendi, quia naturalia maioratus violat, est restringenda ad primam electionem, arg. d. 1. boves, d. 1. antiquitas; dicitur enim casus omissus, & manet in dispositione juris, I. cōmodissime ff. de liber. & posthum. I. si extraneus ff. condit. ob caus. cap. suscepsum de rescript. lib. 6. & cessare debet extēsio de persona ad personam, I. Titius §. Lutius ff. de liber. & posthum. quod cum testator non expresserit, videtur omisisse apud Labeonem §. hoc edictum ff. de injur. Valasc. quæst. 8. num. 34.

6 Nec obstat, quod illa verba testamenti liberam eligendi facultatem important, ita ut in eadem clausula, & oratione videatur testatrix recedere à prima forma, qua vocaverat agnatos, & descendentes, concedendo liberam electionem, & ultima dispositio derogat præcedentibus, I. qui filiabus ff. de leg. I. Valasc. conf. 82. num. 15. Menoch. lib. 6. præsumpt. 37. facit elegans text. in I. si tibi certam ff. de adim. legat. Ubi legata re Petro, ut restituat Sempronio, si postea relieta sit ijdem Petro sine mentione restitutionis, utiq; censetur testator à prima dispositione recessisse.

7 Respōdetur enim, quod in quacūq; dispositione ea interpretatio assumenda est, ex qua omnis contrarietas conquiscat, explicat pluribus citatis Tuschus concl. 144. n. 5. & seqq. Unde cum in prima parte dispositionis omnes descendentes vocaverit, de illoq; succedendi ordine egerit, non est dicendū, quod illico voluit ab hac dispositione recedere, quando utraque clausula stare potest, arg. I. quod Labeo ff. supellect. legat. I. si in æqualibus 12. ff. hæred. instit. Decius conf. 317. n. 4. Si consideremus, quod in principio divisa administratio

tione censuit illam divisionem non perpetuam esse, sed ad vitam primo nominatorum, quando sine filiis dececessissent, nam si filios habuissent, uterque suam partem ad illos transmitteret, quasi duo essent maioratus instituti, filiorum enim existentia facit deficere substitutionem. *I. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell.*

Unde quando in secunda parte electionem concedit, ut personam post se administrator eligat, non pugnat cum prima clausula, quæ descendentes vocat, quia ita debet accipi, ut electio illis primis vocatis concessa non intelligatur, ut eligere valeant extraneos, sed unum ex filiis, ne dicamus, quod in continenti se corrigit, gloss. in l. non ad ea 88. ff. de condit. & demonstr. ut clausula sequatur naturam dispositionis, in qua ponitur, ex Alex. conf. 129. lib. 2. Oldrad. conf. 243. num. 2. quæ interpretatione ex natura rei, & aliquando loci desumitur, Mantica de conject. lib. 6. tit. 8. num. 6. & 9. & illa potius sequenda conjectura, quæ magis juri accedit, Cravetta conf. 35. num. 24. Ne alias dicamus, illam priorem clausulam frustra positam, ita ut primo votati ex filiis eligere valeant, non vero extraneos, quibus capellæ administratio relata non est.

Nec obstabit, quod hæc electio primis concessa inter liberos videtur perpetua, ita ut ad omnes transeat, ut pauclo infra innuunt illa verba: *Porém o pos-*

*suidor: quæ ad omnem possessorum diriguntur etiam extraneum: ut alias verbum, possidor accipitur in Ordin. lib. 4. tit. 100. in princ. quia satisfit illa verba declarari debere per sequentia, ibi: E isto averà lugar em elles ambos: qui bus suam voluntatem aperuit ostendens, quod electio ad alios non extendebatur, ne sibi ipsi contraire videbatur, & ex eadem ratione non debent obstatre ultima verba: E isto durará para semper: quia ex materia subjecta non debent referri ad proxime dicta, sed ad totam dispositionem capellæ, quasi dixerit, quod illud vinculum sic constitutum perpetuum sit, non vero electio perpetua.*

8 Cui resolutioni non obstat temporis spatium, quo hæc capella per electiones possessa est, quia licet succendi modus, vel ut una linea alij præferatur, per quadraginta annos mutari possit, Cabed. decis. 121. num. 2. Molin. lib. 2. cap. 6. num. 26. Valasc. conf. 95. n. 4. & conf. 132. num. 17. DD. in cap. cum de beneficio de præbend. lib. 6. Surd. conf. 140. lib. 1. num. 45. Gama decis. 345. num. 215. Pelaes lib. 4. quæst. 20. num. 63. idem Valasc. conf. 111. num. 8. Tamen in præsenti non sufficiens temporis spatium effluxit, ut præjudicium successoribus generari potuisse. Ex quibus Senatus censuit Aetricem fororum seniorem, non obstante nominatione ultima possessoris, præferendam: Scriba Chaves.

## S U M M A R I A:



Ravamina processus  
inferioris Senatus  
an reponantur in  
superiori?  
Moniales sunt perso-  
næ miserabiles, nec possunt ad Cu-  
riam trahi. ibi.

- 2 Miserabiles personæ citantur coram Præside, quando sunt in eodem loco.
- 3 Moniales, licet jurisdictionē habeat, non ideo amittunt suum privilegium. Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3.

## DECISIO XXII.

- 4 Litis pendentia non datur, ubi datur diversus petendi modus.  
Agens pro violentia oblato libello videtur recedere à forma summaria.
- 5 Super proprietate, & possessione rei non potest ad diversos judices iri.
- 6 Rex Lusitaniae ex concordia inita cum Prælatis cognoscit de violentijs.
- 7 Extraordinarium remedium per viam violentiæ ad Regem nunquā

tollitur.

Interpretata Ordin. lib. 2 tit. 1. §.

2. an imponat necessitatem agendi in sæculari?

8 Sedimina, seu passalia Ecclesiæ dotalia bona sunt, nec possunt alienari.

9 Passalia unitæ Ecclesiæ in emphyteusim concedi possunt, ac quæcumque alia bona Ecclesiarum.

Passalia, si Ecclesia uniatur, desinunt esse dotalia, & alienari possunt. ibi.

## DECISIO XXII.

An successor in emphyteusi Ecclesiastica passalium Ecclesiæ unitæ beat restitui, si contingat à domino spoliari? Ad Ordin. lib. 4 tit. 58.



Offidebat Didacus de Sousa cū Domina Magdalena ejus uxore emphyteusim prædecessoribus ejus datam passatiū cujusdam Ecclesiæ, quæ unita erat monasterio de Lorvaó. Cūque ab uxore, quæ secunda vita erat, ipse in tertiam esset electus, cum translatione possessionis, tempore ipsius obitus moniales dicti Monasterij possessionem dictæ emphyteusis occuparunt deturbato à sua possessione dicto Didaco, qui coram Curiali Præside Portuensis Senatus litem instituit intra annum juxta formam Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 2. Cum tamen jam eo tempore coram judice executore Bullarum, cui causa unionis, & emphyteuticationis prædictæ commissa fuerat cum clausula, ut possessores in sua possessione tueretur, agere cœpisset, qui cognitionem causæ assumpserat, censurasque prætextu dicto violentiæ promulgaverat, Moniales judicij incompetentiam opposuerunt, eo quod judicē habebant, & erant Reæ, gaudebantique privilegio Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3. Cui exceptioni cum non full-

set delatum in Senatu, fuit in processu supplicatum, & tandem in favore Actoris sententia promulgata fuit, à qua cum fuisset supplicatum, circa tria versabatur hujus causæ labor. Primo circa gravamen in processu interpositum: secundo circa litis pendentiam in judicio Conservatoris: tertio circa merita, An Actori cōpeteret restitutionis beneficium ad possessionem, à qua deturbatus proponebatur?

Et circa primum illud advertendum est, quod ob resecandas litigantiū fraudes, quibus lites fiunt immortales, nostra lege Regia sanctum est, ne à qualibet interlocutoria liceat provocare, vel supplicare ad superiorem, nisi certis enumeratis casibus, ut per Ordin. lib. 3. tit. 20. per totum: in reliquis, qui ordinem processus respiciunt, libera conceditur judicii facultas ordinandi, & disponendi, d. t. 40. §. 49. qui si circa hūc processus formandi ordinē partē læserit, in eodē processu suum gravamē exprimit, & exponit, ut quando acta, & processus ad superiorem per appellationem defertur, illud gravamē reponatur juxta Ord. lib. 3. tit. 20. §. 38. & 47. & tit. 5. lib. 1. §. 6.

Et

Et quando causa illa ad Senatum aliquo modo devenit, etiamsi ad alium finem, quia tunc etiam reponi debet parte petente, ut per Ordin.d.tit.20.§.fin.& lib.1.tit.16.§.1. Et in dubium revocari solet: An gravamina processus illius, qui in inferiori Senatu ordinatur, possint in superiori Supplicationis Senatu reponi causa ad eum delata? Et stylus recipit deferendū: cui cōsonat Ordin.Regia lib.3.tit.70. §.8.& tit.84. §.11. & lib.1. tit.6.§.4.& 20.& tit.58. §.27. Unde fit, quod licet incompetentia judicij per legem Regiam solum per instrumentum gravaminis expediatur, de quo est Ordin.lib.3.tit.20. §.9. & lib.1.tit.6. §.9. Tamen ab in competentia Senatus inferioris, cui ibi delatum non est, potest supplicari in processu, ut in maiori Curia deferatur, quando causa in illam introducitur. Ex quibus in hoc gravamine processus videbatur monialibus providendum, quæ juste conquerebantur se non posse ad Curiam trahi, quia moniales sunt personæ miserabiles, Cabed. decis.54.& Valasc.alleg. 65. à num. 35. & alleg.66. Rebuff. 1.tom.fol.295. Castillo lib.3.quotid. controvers. cap. 29. à num. 17. Quibus privilegium competit, ut coram suo ordinario judice pulsari debeant, quando Reæ sint. Ordin. d.lib.3.tit.5. §.3. l. unica. C. quando Imperator inter pupillum l. 3. tit.10. part. 2. ubi gloss. 6. & l. 8. tit. 3. lib.4. novæ Recopilat. ubi Azeved.Cabed. 1.part. d. decis.54.& 173.& 213.num.3. Benincas de privil.pauper.quæst. §.num.41. Mascard.conclus.1061.Bobad. in Polit. lib. 3.cap.14. num. 75. Trentacinq. variar. resolut.lib. 2. tit. de citation. resolut. 2. num.25.

2 Nec obstat Ordinatio dicto loco, dum disponit, quod miserabiles personæ, viduæ, & similes in causis violentiæ declinare non possint ad suum judicem, ibi: *Salvo se a contendere sobre forma, nova guarda, & deposito soldada, ou journal, por q̄ nestes casos poderá o Autor, ainda q̄ privilegiado não seja, demandar perante os Corregedores da Corte. Ubi videtur ele-*

*ctionem judicij committere auctori : ut similiter disponit eadem Ordin. lib. 3. tit.6. §.5. Quia Ordin.d. §. 3. procedit, quando Præsidis Curialis tribunal est in eodem loco, ibi : Se o dito Corregedor, ou Juiz estiver no dito lugar aonde se a tal demanda devia tratar : supponens quod si alibi degant, non possunt trahi ad judicium Præsidis, vel judicis novarum actionum : nec aliud probat Ordinat. Regia lib.3.tit.12. §. 1. ubi hanc distinctionem non facit, quia debet una per alias explicari.*

3 Nec pariter obstabit, quod dictæ moniales dominæ terrarum, & jurisdictionum sunt: quo casu nullo fori privilegio gaudent ex Ordin.lib.3.tit. 5. §. 3.in fine, ibi : *Porém se as viúvas, ou mulheres honestas, que nunca forem casadas, tiverem jurisdiçāo, naõ gozarão dos privilegios outorgados por esta Ordenação as viúvas. Cum ergo moniales tanquam honestæ mulieres viduarum gaudeant privilegio, illud utique non habent, quando alicujus Castrī, vel jurisdictionis dominæ existunt, Covar. practic. cap.7.num.ult. Quia satisfit, quod verba illius Ordinationis non videntur convenire monialibus, quæ jam sponsæ Christi D.maximi sunt, quibus insimul cum privilegio honestatis competit privilegium miserabilium personarum. Unde licet tanquam dominæ, & potentiores reputentur, non tamen ideo amittunt privilegium honestatis, & miserabilium personarum, quod ex alio capite illis competit. Deinde quia illa Ordinatio agit de mulieribus in sæculo, & in ditione Regū degētibus, non vero de monialibus, quibus licet competat jurisdictione in communi, non tamē in individuo, prout lex Regia requirit. Ex quibus causa monialium circa judicij incompetentiā videbatur justa, & in gravamine processus illis providendum : verum cum in hac incompetentiā sola versaretur simplex nullitas, quæ ab urbe, & ab orbe hodiē exulat, ut in Hispania testatur Gregor.l.10. tit. 4. part. 3. apud Italos Afflict.decis. 372. apud nos*

Gama decis. 324. & 37. Valasc. cons. 65. ad fin. & de jur. emphyt. quæst. 6. num. 14. & de partition. cap. 39. num. 72. Et causa sit introducta in Senatu, ad quem erat ventura, vel hoc vel illo judicio finiretur, circa causæ merita judicandum placuit.

4 Secundum dubium erat litis penditrix, cum circa eandem possessionem coram judice conservatore actum fuerit: verum nec huic exceptioni deferendum censuimus, quia non erat idem petendi modus, quia coram conservatore actum fuerat, ut censuras promulgaret virtute Bullæ, cuius ipse erat executor. At vero in judicio Præsidis actum erat ordinarie pro violentia commissa, & cū sit diversus petendi modus, non inducitur litis penditrix, argum. I. cum quæritur ff. de r. judic. nec de judicio summario ad plenarium litis penditrix datur, I. pen. ff. de his qui sunt sui, I. à divo §. si super rebus ff. de re judic. Barbosa in I. divortio §. fin. num. 55. Lara de capell. fol. 395. num. 91. Surdus de aliment. quæst. 127. n. 5. & 6. Sicut alias ex mutatione cuja libet qualitatis causa petendi diversa judicatur. Gotfred. de testib. cōclus. I. à n. 5. Suar. alleg. 5. n. 4. Gutierr. pract. lib. I. quæst. 71. Cabed. arest. 83. Sicq; accipienda est Ordin. lib. 3. tit. 83. ibi: *Na causa da appellaçao, rezaõ nova:* Peres I. 4. tit. 11. lib. 3, fol. 673. Valasc. cōf. 65. Nec obstat, quod in materia violentiæ summarie proceditur ex Ordin. lib. 3. tit. 48 ibi: *Procedaõ em os feitos delas sem ordem, nem figura de juizo:* Cabed. decis. 72. idem tit. 33. §. 4. & in illo tit. 48. §. 2. & tit. 58. & lib. 4. tit. 54. §. fin. Quo admisso in utroque judicio summarie agebatur, quia satisfit, quod etsi in sæculari pro violentia actum fuerit, tamen quando oblato libello agitur, videtur agens recedere à privilegio causæ summarie, & ordinarie velle agere, quia potest renuntiare privilegio in suum favorem introducto, Ordin. lib. 3. tit. 32. §. 6. ibi: *Salvo se elle renunciar o privilegio da reconvençao:* arg. Ordin. lib. I. tit. 52. §. 10. & lib. 3. tit. 18. §. 2. & lib. 3.

tit. 24. in princ. nisi quando sit summa-  
rium in favorem Rei arg. Ord. lib. 4. tit.  
54. §. fin. ultra alios Cabed. decis. 72. pro-  
tequitur Abb. ubi additio in cap. 1. de  
libel. obligation. Cotta in memorabil. ver-  
bo arbiter, Azeved. ad l. 19. tit. 9. lib. 3. n.  
3. & seqq.

5 Nec pariter obstat, quod super  
proprietate, & possessione rei non po-  
test ad diversosiri iudices, cap. 1. de  
caus. poss. gloss. magna, ubi communis in  
cap. ult. de judic. gloss. verbo indistincte  
in cap. 1. de sequestr. gloss. 1. in cap. 1. de  
caus. poss. probat 1. nulli C. de judic. 1.  
ordinarij in fin. C. de reivendicat. 1. I. ff.  
de quibus rebus, Cujat. lib. 2. observ.  
cap. 35. Cabed. decis. 32. num. 3. I. part.  
facit Ordin. lib. 3. tit. 33. §. 2 Ubi du-  
rante prima lite non potest reus in alio  
judicio conveniri super diversa re, cap.  
ult. de rescript. cap. dispendia eod. tit. in  
6. Auth. & consequenter C. de sent. &  
interloc. ex qua deducta fuit illa Or-  
din. d. §. 2. Barbosa in I. qui prior ff. de  
judic. à num. 10. Maranta de ordine j. §.  
dic. part. 4. decis. 6. num. 13. Bernardus  
Muscatel. in praxi part. 3. gloss. actorem  
num. 4. Ergo à fortiori super eadem, li-  
cet proponatur diversus petendi mo-  
odus: quo fundamento Ordin. lib. 4. tit.  
58. §. 1. agens de spoliato, dum permittit  
spoliatori, ut ordinarie agere possit, de-  
bet exponi, ut agere possit coram eo-  
dem judice, qui de causa possessionis  
cognovit; non vero coram alio: quia  
reg. d. I. nulli etiam habet locum licet  
causa possessionis jam sit finita, d. I. or-  
dinarij, ibi: *Prius exhibitis mancipijs de  
possessione judicetur, ac tum demum proprie-  
tatis causa ab eodem judice decidatur.*  
Bart. in d. I. nulli, ubi communis ex Jaf.  
num. 12. Jacobin. num. 9.

Satisfit enim, quod illæ traditiones  
nullo modo convenienter nostro casui,  
in quo Reges invictissimi tam attento  
jure, quam ex concordia, & contractu  
cum Prælatis inito de violentijs cog-  
noscent, etiam inter personas Ecclesia-  
sticas: verba concordiaæ hæc sunt, ibi:  
*Que o costume sempre foy em este Reyno,*  
& he

& he que das forças novas, que saõ feitas atè hum anno, ainda que seja entre Clerigo, & Clerigo, & sobre couzas Ecclesiasticas, se aquelle, que he forçado, o que a citar perante o Iuiz secular, que o pode fazer, &c. refert Cabed. decis. 82. & decis. 76. num. 4. Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 2. Valasc. conf. 162. num. 4. Gaspar Roiz de annuis reddit. lib. 1. quæst. 17. à num. 55. Et ideo Rex dicitur Vicarius, quem vocat Prætorem magnum Valasc. conf. 79. num. 2. ibi: *Recurritur ad Regem tanquam magnum Prætorē, quia ipse est judex, & expulsor violentiarum: & Vicariū Dei gloss. 1. in 1. 1. tit. 1. part. 2.* adeo ut etiam super rebus spiritualibus ratione violentiæ se intronitare valeat defensionis gratia, Avendan. de exequend. cap. 1. num. 25. Guillelm. verbo absque liberis num. 45. Henrques 2. part. Summæ fol. 1305. Azeved. lib. 1. tit. 5. l. 6. num. 3. Barbosa in l. Titia num. 39. & 47. Gutierr. lib. 1. practicar. quæst. 20. Aviles prætor. verbo Mandamientos, num. 10. fol. 53. late Zevallos 4. part contra cōmunes quæst. 1. num. 130.

7 Unde licet in præsenti actum fuerit coram dicto Conservatore, ut censuras proferret, adhuc coram eo judicium non proponebatur susceptum, nec si susciperetur, obstat extraordinariorum remedio recursus ad Regem pro violentia reparanda, cui partes nunquam renuntiare censemuntur: imò nec possunt in his casibus, in quibus Regia potestas, vel Regum indulta, vel concordiæ offenduntur. Et licet verum sit, quod Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 2. non impunit necessitatem, ut coram judge sacerdotali pro violentia contra Ecclesiasticos agatur, cum liberum sit partibus judicem Ecclesiasticum, vel sacerdotalem adire, quem malint, & respectu cognitionis debeat considerari præventio, ut patet ex verbis illius Ordinationis, ibi: *Poder à o Clerigo, &c. Quæ verba non necessitatem, sed voluntatem designant l. non quidquid ff. de judic. ibi: Non quidquid judicis potestati committitur, juris necessitati subjicitur: exceptis illis casibus,*

in quibus necessario in sacerdotali agendum est, ut in Ordin. lib. 1. tit. 12. §. 5. Covar. pract. cap. 35. num. 2. vers. catetum, Jacobus de Graffis decis. atrea lib. 4. cap. 18. num. 138. Sese de inhibition. cap. 8. num. 37. Tamen in nostro casu cum ad finem censurarum ageretur, ut tueretur in sua possessione Actio, hoc non impedit, ut ipse per libellum restitutio postulet.

8 Circa ultimum de meritis causæ placuit, Actorem restituendum pristinæ possessioni emphyteufis perpetuæ, quem domina Abbatissa, & moniales spoliare non poterant, & nullitatem tituli arguere, ut restitutio impeditur: nam licet sedimina, seu mansus Ecclesiæ, vulgo passalia, quæ in ambitum Ecclesiarum consistunt, ex Ordin. lib. 2. tit. 22. ibi: *Nos assentos das Igrejas de nosso paço oado, & nos passaes conjuntos a ellas: late D. Caldas Pereira de renovat.* quæst. 15. num. 15. dotalia bona censeantur, quæ alienari nequeunt à Prælatis, argum. 1. 4. l. dotale 13. ff. de fund. dotal. Donel. lib. 12. jur. Civil. cap. 20. num. 26. eleganter Cujat. tom. 3. fol. mihi 1811. de feudis in tit. de his qui feud. dare poss. vers. Mansum, ibi: *Mansus autem est fundus, unae quis se, & familiam suam tueri satis commode potest: & paulo infra idem: Annonius Carolum Magnum, ne in opia coacti ministri divini cultus in eo segnius elaborarent, edixisse, ut singulis Ecclesijs mansus tribueretur unus, quod etiam constitutionibus Caroli ab Ansegiso Abbatte collectis legitur, eo addito ut pro manso illo Ecclesiæ nullum servitium, nullum censem senioribus debeant, &c.* Cui prohibitiō accedit extravagans ambitiosæ de rebus Ecclesiasticis Pauli Veneti, qua sancitum est ecclesiarum bona alienari non posse ultra triennium: Gama decis. ult. in fin. quam ibi dicit receptam in hoc Regno: licet agenti incumbere onus probandi extravagantem esse usū receptam dicat Rodoan. de rebus eccl. quæst. 36. num. 20. Quæ quidem extravagans reperitur confirmata per Breve Pauli lib. motuum fol. 367. Quod

tamen postea revocatum fuit per aliud Breve à Pio IV. fol. 416. de cuius explicatione, & an procedat in donatione fructuum, Caranta in summa Bullarum tit. de alienat. rerum Eccles. vers. tertio declaratur, Molin. disput. 466. vers. in tertio, explicat Covar. lib. 2. variar. cap. 16. num. 6. in fin. Castillo de usufruct. lib. 1. cap. 54. num. 25. Gutierrez. Cannon. cap. 8. Cavalcan. decis. 43. 45. & 46. Cened. collectan. 32. ad 6. Rodoan. de rebus eccles. quæst. 15. num. 13. Rotta in novis decis. 14. diversor. num. 3. Thefaur. decis. 131. num. 6. Tamen sedimina, & passalia ecclesiarum unitarū adeo à prima natura defleunt, & jus primævum amittunt, ut possint in emphyteusim libere concedi, ac alia quæcunque bona ecclesiarum, & cum ijsdem solemnitatibus, quæ regulariter requiruntur, absque eo quod necessaria sit Summi Pontificis auctoritas, ut usu receptum est in reliquis paſſalibus, quæ in emphyteusim concedere Prælati volunt. Unio enim beneficij uniti nomen extinguit, adeo ut in posterum denominetur ab eo, cui unitum est: plene notat Hostiens. post gloss. in cap. 1. ne sed. vacant. ubi Abb. 2. col. Quod sine dubio procedit in unione perpetua, quia tunc mutat statum, & res unica sequitur naturam illius, cui unitur, cap. recolentes de statu monachor. cap. visis 16. quæst. 2. ubi Scribentes, & in Summa 16. quæst. 1. Probus in cap. super eo

de præbend. in 6. faciunt quæ tradit Brunus de augmento vol. 11. tractat quæst. 5. fol. 113. Mandos. regul. 22. quæst. 12. num. 8. quia unio temporalis potius dicitur dispensatio palliata resolvit Cassad. super reg. quæst. 31. num. 5. & in titulo de unione quæst. 2. num. 9. Mandos. in reg. 12. quæst. 6. num. 5. Et ideo dicitur, quod Ordinarij non possunt unire ad vitam, cap. sicut unire de excessi. prælator. ubi communis, Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. ibi: *Unionibus ad vitam: nisi dicas, quod hoc casu unio ad vitam perpetua dici potest, secundum notata in l. juris peritus ff. de excusat. tutor. gloss. in Clem. 2. de rescriptis, Panorm. in cap. quanto, col. pen. de jurejur. Jas. in l. sufficit ff. de condit. indeb. num. 2. Alex. conf. 206. volum. 7. col. fin. quibus causis, & quo tempore unio præsumatur, late Menoch. lib. 6. præsumpt. 180. à principio.*

Sicque bona dotalia ipsius, dotalia esse desinunt, & fiunt alienabilia, & libere ab inferioribus prælatis cum debitibz solemnitatibus in emphyteusim concedi valent sine speciali, Summi Præsulis confirmatione: sicque percepi saepius judicatum fuisse in judicio Ecclesiastico: & sententiarum tenorem referam in nostro libro de Manu Regia latarum in judicio Collectoris: hujus processus fuit Scriba Quintal.



## SUMMARIA.



Nter creditores hy-  
pothecarios præ-  
fertur ille , qui  
anteriorem habet  
hypothecam.

*Prælatio consideratur etiam ra-  
tione pignoris. ibi.*

*Interpretata l. is cui ff. ut in possess.  
legat. §. qui prior.*

*In prætorio pignore creditores ex  
eadem causa concurrunt æqualiter  
ibi.*

**2** *Differentia non est constituenda ;  
vel prior hypotheca sit generalis ,  
vel specialis.*

*Interpretatur l. 2. C. de pignorib.  
ibi.*

*Creditor habens specialem , & ge-  
neralem hypothecam , non poteſt uti  
generali , niſi quando per specialem  
illi ſolui non potheſt. ibi.*

**3** *Licet res posteriori creditori ſit  
tradita , prior creditor admittetur ,  
quia jus non metitur à traditione ,  
ſed à jure.*

## DECISIO XXIII.

*Quando concurrunt duo creditores cum generali hypotheca , quis eorum in exe-  
cutione præferendus ſit ? Ad Ordin.lib.3.tit.91. §.I.*

**C**um Antonius da Costa , & Do-  
mina Elisabet de Gamboa ſen-  
tentiam exequentur habitam  
contra Emmanuelē de Matos ,  
pro ejus executione captæ fuerunt binæ  
domus , & creditori in publica subhaſta-  
tione addictæ , quarum statim vendidit

*Fiscus non præfertur prioribus cre-  
ditoribus , licet ipſi ſolum habeant  
specialem hypothecam. ibi.*

**4** *Fallit in bonis p. ſt primam obliga-  
tionem quæfitis.*

*Pariter in rebus tributarijs. ibi.*

*Interpretata l. fin. §. qui negotia-  
tori ff. qui potiores. ibi.*

*Pupillus præfertur , quando ex ejus  
pecunia tutor emit. ibi.*

*Sic pariter miles. ibi.*

*Vel mutuum datum eſt ad refe-  
ctionem. ibi.*

*Vel quando res propria venditur  
cum hypotheca. ibi.*

**5** *De jure Regio qui priorem habet  
hypothecam , ſolum revocat ſolutū ,  
quando ignoravit item motam.*

**6** *Executio non retractatur , ſi bona  
debitori ſuppetant.*

**7** *Prioritas in ſententia non ſufficit ,  
ſi aliud præcedit in executione.*

**8** *Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 91.  
§.I.*

unam Baptiste de Colonia , alteram  
domum Francisco de Paiva. Contra  
quos emptores Reus rei vindicationem  
intentavit , proponens nullitatem addi-  
ctionis , & obtinuit , ut ſibi restitueren-  
tur. Emptores contra venditorem per  
evictionis beneficium insurgentes li-  
tem

## DECISIO XXIII.

tem moverunt, & quia eo tempore Antonius da Costa obiit, contra uxorem pro sua dimidietate litem fuere prosecuti: & primus Franciscus de Paiva sententiam obtinuit, quam cum exequi distulisset, Baptista de Colonia, Rea ad judicium vocata, quae statim debitum agnovit, sententiam reportavit, quam statim extraxit, & prius pro executione pignoravit Ream in sententia lata in favorem dictæ Reæ, quia alia non suppotebant bona, & executionem perfecit: eandem etiam sententiam in pignus accepit dictus Franciscus, & uterque contendebat super jure prælationis (uterque namque habebat generalem bonorum venditoris hypothecam) in qua erat prior dictus Colonia, qui prius sententiam habuit, opponens que contra sententiam secundi creditoris, quod adepta fuerat fraudulenter, & per confessionem patris, ut sibi præjudiciū fieret: & insuper se fuisse legitime impeditum, ne exequeretur, per quædam impedimenta à secundo creditore objecta. Secundus vero creditor se perfecisse executionem asserebat, & præferendum ex Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. Pro quo Præses sententiam protulit excluso primo creditore, & quia res est dubia, & satis quotidiana in Senatu notandum duxi.

1 Quod inter creditores hypothecarios præfertur ille, qui anteriorem habet hypothecam, l. potior ff. qui potiores, ibi: *Potior est in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accipit hypothecam, quamvis cum alio ante convenerat, ut si ab eo pecuniam acceperit, sit res obligata, licet ab hoc postea accepit, poterat enim, licet convenit, non accipere ab eo pecuniam: l. creditor eod. tit. ibi: Creditor, qui prior hypothecam accepit, sive possideat eam, & aliis vendicet hypothecaria actione, exceptio prioris utilis est, si non mihi ante pignori hypothecæ ve nomine sit res obligata, sive alio possidente prior creditor vendicet hypothecaria actione, & ille excipiatur, si non convenit, ut sibi sit res obligata: sic in medium supra relatum replicavit, &c.* Cujat. in Fa-

ratlita ejusd. tit. l. si fundum 4. l. diversis 8. C. eod. tit. l. 27. tit. 13. part. 5. Barbosa in l. 1. ff. solut. matrim. 6. part. num. 6. Stracha de decoctorib. ultim. part. num. 11. Budeus in tit. de pignor. sub tit. quibus modis pignus à princip. Ferrar. in praxi sub tit. de forma libelli, in actione hypothecaria §. sub eadem obligatione num. 9. Negus. de pignor. 2. membr. 5. part. princ. à princ. Dynus in reg. qui prior de reg. jur. lib. 6. Dueñas reg. 168. à princip. Matienç. in l. 7. tit. 16. lib. 5. n. 3. gloss. 5. Gutierrez. practic. lib. 5. quæst. 99. num. 6. Cassan. in Catalog. 12. part. consider. 99. in princip.

Quod quidem obtinet, etiam in pignore dato, ratione cuius de prælatione inter creditores contenditur, vel illud sit conventionale prætorium, vel judiciale, vel unus prætorium pertendat, judiciale alter, vel conventionale, l. si postea quam ff. ut in possess. legator. Negus. 2. membr. 5. part. à princ. & 4. part. 2. membr. num. 32. Nec obstat l. is cui 5. §. qui prior ff. ut in possess. legat. ibi: *Qui prior missus est legatus in possessionem, non præfertur ei, qui postea mittitur, inter legatos enim nullum ordinem observamus, sed simul omnes æqualiter tuemur: l. si finita §. si plures l. prætor ait §. ejus rei ff. de damn. infect. Ubi probatur admitti concursum, non vero attendit prioritatem obligationis: quia respondeatur, quod illa jura agunt de prætorio pignore, quando quis mittitur in possessionem, ut in titulo de prætorio pignore, in quo quando creditores ex eadem causa nascuntur, omnes concurrunt. Sicque procedunt jura supra citata: quando vero ex diverso titulo, ille præfertur, qui prior est tempore, d. l. is cui §. postquam, ibi: Postquam rei servanda creditores possidere cœperint, legatorum servitorum gratia missus in possessionem creditoribus potior non habebitur.* Cassan. d. confid. 99. ampliat. 10. Præteus reg. 4. & 15. limit. 7.

2 Nec aliqua differentia constituenda est, vel prior hypotheca sit specialis, vel generalis, posterior vero sit specia-

specialis, vel an prior sit tacita, vel expressa l. 2. ibi: *Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea prædium ex his bonis datur,* &c. ff. qui potiores in pignor. habeant. l. licet, l. si generaliter C. eod. tit. Budeus in tit. de pignor. sub tit. supra citato num. 88. Negus. d. 2. membr. 5. part. num. 14. Nec aliud probat l. 2. C. de pignor. ibi: *Quanvis constet specialiter quædam, & universa bona generaliter adversarium tuum pignori accepisse; & æquale jus in omnibus habere, jurisdictio tamen temperanda est, ideoque si certum est posse eum ex his, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, universum dirigere debitum, at quæ postea ex ijsdem bonis pignori accepisti, interim tibi non afferi.* Præses provinciæ jubebit: ubi posterior specialis hypotheca præfertur priori generali, quatenus ex eo textu prohibetur creditori agere ex generali hypotheca priori: nam in eo textu habebat prior creditor hypothecam specialem, & generalem simul omnium bonorum debitoris. Quo casu ratio non patitur, ut omissa dicta speciali hypotheca utatur generali in præjudicium secundi creditoris specialis; nisi casu, quo persuam specialem illi satisfieri non possit: explicat Covar. lib. 3. resolut. cap. 18. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. num. 21. Parif. conf. 50. num. 36. lib. 1. Conan. lib. 4. comment. cap. 17. num. 6. Negus. 2. membr. 5. part. num. 5 1. & primo membr. 3. part. num. 20.

3. Unde licet res posteriori creditori sit tradita, prior creditor admitteretur, ut eam revocet, ut sibi solvatur, quia jus in hypotheca acquiritur ex ipso contractu, non à traditione, l. 1. ff. de pignor. actione, ibi: *Pignus contrahitur non sola traditione,* &c. l. contrahitur 4. de pignor. Sicut alias fiscus non præfertur creditoribus anterioribus, licet ipsi solum habeant hypothecam tacitam, l. unica C. rem alien. gerent. in l. si fundum C. qui potiores, ibi: *Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro, nam & privato potuisset.* Negus. 4. membr. 3. part. num. 109. Covar. d. cap.

18. num. 2. Capic. decis. 129. Peregrin. de jure fisc. lib. 6. tit. 6. num. 16. Cujat. lib. 6. observat. cap. 4.

4. Quod tamen fallit in bonis post obligationem quæsitis, quia in his fiscus præferetur l. si qui 28. de jur. fisc. ibi: *Si qui mihi obligaverat, quæ habet, & habiturus esset, cum fisco contraxerit, scendum est, in re postea acquisita fiscum potorem esse debere.* Papinianum respodisse, quod & constitutum est, prævenit enim causam pignori fiscus: l. satis notum C. in quibus casib. pign. Prateus ubi supra limit. 8. Peregrin. ubi supra num. 5. Barbos. in d. l. 1. 2. part. num. 21. & 7. part. num. 1. Nec obstat l. fin. ff. qui potiores, vers. item in his rebus, quas post priorem obligationem acquisivit, ubi fisco præfertur prior creditor, quia ex eo procedit, quia bona querenda erant hypothecata specialiter. Sicut alias ipse in rebus tributarijs præfertur pro tributis creditoribus anterioribus: nec aliud probat l. fin. §. negotiatori ff. qui potiores, ibi: *Idem debtor conductor horreorum Cæsar is fuit, ob quorum pensiones aliquot annis non solutas procurator exactioni positus ad lapidum venditionem officium suum extendit, quæ situm est, anjure pignoris eos creditor retinere posset, respondit secundum ea, quæ proponerentur, posse.* Qui textus licet videatur probare, fiscum non præferri ob tributa sibi debita priori creditori, cum tamen præferri debuisset, quia ille, ex cuius pecunia marmora empta fuerunt, solum habet prælationem in personali alijs creditoribus agentibus personali actione l. quod quis ff. privileg. creditor. ibi: *Vel ob navem venditam petat, habet privilegium post fiscum:* quia ille sive ante, sive postea contrahat, præfertur in personali ei, qui credidit in refectionem, Gutierr. lib. 5. practicar. quæst. 98. num. 1. Cassan. d. consider. 99. limit. 2. gloss. 2. per text. ibi in Auth. quo jure C. qui potiores: & est communis ex Salycet. num. 3. in l. licet C. qui potiores, ibi: *Tamen eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter*

cialiter obligatum, convenit omnibus antefieri, juris autoritate declaratur. Gutier, ubi supra num. 3. Quia potest dici, quod in eo textu creditor præfertur fisco, quia ipsa marmora specialiter fuerunt creditori obligata, & succedit regul. d. l. licet: Hic enim casus est exceptus, sicut & alij, in quibus secundus creditor præfertur priori, ut in emptione militiae, l. fin. junct. Auth. quod obtinet C. de pignor. Item in pupillo secundo creditore, cujus pecunia tutor emit, l. idem 7. ff. qui potiores. Item in re empta ex pecunia militis l. si ut proponis C. rei vindicat. Item quando mutuum datum est ad refectionem domus l. interdum ff. qui potior. ibi: *Vt puta si in rem istam conservandam impensum est, veluti si navis fuit obligata, & ad eam rem armandam, vel reficiendam ego credidero:* prosequitur Gutier. ubi supra num. 4. Item in venditione rei propriæ, quando aëtum est, quod ipsa remaneat specialiter obligata pro pretio, quia tunc in ea venditor necessario præferendus est reliquis creditoribus etiam anterioribus, Anton. de Fan. de pignor. 4. part. princip. num. 33. & 2. membr. 5. part. princip. num. 18. Bald. Novel. de dote 10. part. princip. in princ. num. 3. Matienço d. gloss. 5. num. 7.

5 Attento autem Regio jure creditor, vel privilegiatus, vel qui priorem habet hypothecam, soluta secundo creditori revocat, quando ignoravit litem moveri, vel fuit absens, vel alio legitimo impedimento detentus; alias enim sibi præjudicavit ob negligentiam: quæ decisio desumitur ex l. pen. §. 1. ibi: *An jus avi sui, quod tunc, cum de eodem fundo ageretur, ignorabat,* &c. & ibi: *Puto non obstat rei judicatae exceptionem.* ff. de exception. rei judic. facit l. edicto 13. §. cum autem ff. de jur. fisc. quia facile succurrunt legitime impedito. Paulus in l. si fidejussor §. si in solidum ad fin. ff. de fidejuss. Alexand. in l. 4. §. condemnatum num. 17. ff. de re judic.

6 Et tandem addit, ne retractetur semel facta executio, si alia bona debi-

toris reperiantur; quod intelligi debet, etiamsi sint bona fidejussoris ipsius debitoris, quia bona fidejussoris reputantur debitoris, ut efficiant unum patrimonium, l. si plures §. præterea, juncta gloss. verbo aggregandæ ff. de fidejuss. Alex. in l. si constante ff. soluto matrim. num. 3. Hippolyt. singul. 3. & in rubric. de fidejuss. num. 179. Cattan. in consuetud. rubr. 5. §. 2. num. 14. Valasc. conf. 13. Bertasolus de clausul. instrum. claus. 42. gloss. 8. num. 6.

7 Quibus fundamentis Præsidis sententiam revocandam duximus: constabat enim, quod creditor Franciscus de Paiva, qui prius sententiam obtinuit, erat posterior in hypotheca, & licet prior in sententia obtainenda, tamen Baptista de Colonia post sententiam habitam insimul pignoravit: quo casu necessario præferendus erat, ex ratione Ordin. d. lib. 3. tit. 91. §. 1. O que primeiro fizer execução, ou penhora.

Nec obstat, quod primæ sententiæ fuerunt objecta impedimenta à parte adversa, & interim secunda sententia obtenta, & facta executio, quod prodesse non potest parti, nec nocere illi, qui primo sententiam obtinuit, qui suam executionem perficeret, nisi fuisset impeditus: & succedit Ordin. in §. 1. ibi: *Salvo se o que primeiro ouve sentença, & primeiro foi credor, teve algum legitimo, & tão urgente impedimento, porque nam pode executar,* &c.

8 Quia illa Ordinatio eo tendit, ut conservetur jus prioris creditoris: & est desumpta ex l. inter eos, ff. de re judic. ibi: *Inter eos, qui ex eadem causa debentur, occupantis melior est conditio, nec deducitur, quod ejusdem conditionis hominibus, sicut fit in de peculio actione, nam & fit occupantis, melior est causa:* ad idem l. in judicati ff. illo tit. ibi: *In judicati aetione non prius ratio haberi debet ejus, cui prior reus condemnatus fuerit:* nec dicit, quod qui habuit prius sententiam, præferatur, sed qui prius executionem fecerit. Unde illa verba Ordinationis, *Se o que ouve primeiro sentença, & primei-*